

prima N. Lektionstexte

1T Auf dem Weg zur Kurie

In unserem ersten lateinischen Text treffen wir auf den Senator Marcus Aquilius Florus, der zu einer Senatssitzung in die Kurie eilt. Er hat sich verspätet, man schließt bereits die Türen, ein Sklave wartet ungeduldig auf ihn.

Senator in forum¹ properat, nam ibi curia est.
Hic turba stat et clamat: „Ave, senator!“
Senator gaudet et clamat: „Salvete!“
Subito servus adest et rogat: „Ubi Marcus Aquilius Florus senator est?“ Turba: „Ibi est!“
Senator ridet, tum in curiam² properat.

¹in forum *auf das Forum* - ²in cūriam *in die Kurie*

2T Sieg im Circus Maximus

Hodie Aulus in Circo Maximo¹ est; nam ibi ludi sunt. Sed ubi Gaius amicus est? Aulus diu exspectat. Tum gaudet. Tandem amicus adest. Subito populus clamat: „Ave, senator!“ Marcus Aquilius Florus senator adest. Etiam Aulus et Gaius clamant: „Ave, senator!“ Nunc populus tacet, portae patent, equi et agitatores² accedunt. Denique equi in carceribus³ stant, senator signum dat⁴, equi currunt. Populus surgit et clamat. Etiam Aulus et Gaius surgunt. Tum Aulus gaudet: „Syrus victor est! Ecce: Ibi praemia sunt!“ Sed Gaius: „Etiam equi victores sunt.“

Dann steigt Syrus zur Loge des Veranstalters hinauf und nimmt seinen Preis in Empfang: einen Palmzweig (*palma*) und einen Beutel mit Münzen. Auch die Pferde werden mit Palmzweigen geschmückt. Lauter Jubel erschallt im Stadion, als Syrus seine Ehrenrunde absolviert. Aulus ist glücklich, denn wieder einmal haben die Grünen gewonnen!

¹in Circō Maximō *im Circus Maximus* - ²agitator *Wagenlenker* - ³in carceribus *in den Startboxen* - ⁴signum dat *(er) gibt das (Start-)Zeichen*

2Z Siegerehrung

Nach dem Rennen sind Aulus und Gaius zu den Ställen gegangen, um das siegreiche Gespann zu empfangen.

Aulus rogat: „Ubi sunt equi? Ubi sunt agitatores¹? Ubi sunt praemia?“ Amici diu exspectant.
Tandem equi accedunt et amici clamant: „Hic victores sunt!“
Etiam Syrus agitator accedit.

Amici: „Syrus victor est! Io²! Syrus victor est!“

¹agitator *Wagenlenker* - ²Io *Hurra!*

3T Aufregung in der Basilika

Atia et Antonia amicae forum petunt et aedificia spectant. Tum basilicam Iuliam intrant et ad mercatores accedunt. Per basilicam properant et Rutilium mercatorem petunt. Nam Rutilius bestias vendit. Rutilius ante tabernam stat, amicas videt et clamat: „Hodie simiae¹ et psittaci² adsunt!“ Statim amicae in tabernam contendunt, simias spectant. Etiam mulieres tabernam intrant. Subito psittaci clamant: „Psittaci adsunt! Psittaci adsunt!“ Mulieres autem clamorem tollunt: „Quid? Quid est? Quis clamat?“ Rutilius ad mulieres accedit et psittacos monstrat³. Nunc etiam amicae psittacos vident. Itaque simias relinquunt et ad psittacos accedunt. Subito simiae clamant. Tum Rutilius: „Quid est? Cur simiae clamorem tollunt?“ Rutilius autem Atiam et Antoniam apud simias non iam videt: „Ubi sunt amicae? Cur simiae ...?“ Subito psittaci: „Simiae! Simiae!“ Amicae et mulieres et Rutilius rident.

¹simia *Affe* - ²psittacus *Papagei* - ³mônstrâre *zeigen*

4T Streit in den Thermen

Aulus et Gaius thermas petunt. Ad portas accedunt et intrant. In thermis mercatores adsunt. Mercatores Aulum et Gaium vident; sed amici ad *apodyterium* contendunt, ubi vestes deponunt. Tum per *frigidarium tepidarium* intrant. Ibi Lucium amicum vident et salutant¹. Sed Lucius tacet.

Gaius (ad Aulum): „Cur Lucius tacet?“ Aulus: „Lucius de Atiâ cogitat - nam Atiam amat et semper amicam donis delectare vult; tamen Atia Lucium non semper laudat.“

Gaius (ad Lucium): „Atia te certe amat, sed dona non semper exspectat! Nam ...“

Plötzlich ertönt lautes Geschrei. Der Stimme nach ist es der Getrânkehändler Quintus, der wieder einmal einen Dieb gefasst hat. Sogleich eilen Aulus, Gaius und Lucius zu dessen Stand:

Quintus mercator thermas clamore complet. In turbâ stat et cum sene certat².

Quintus mercator: „Senex vinum sumit, sed pro vino pecuniam dare non vult! Fur est! Fures tantum in thermis

sunt!“

Aulus et Gaius rident. Aulus: „A! Quintus fures non amat: Mercator est, numquam dona dat.“ Gaius: „Lucius mercator non est; nam Lucius semper dona dat - Quintus numquam!“ Aulus: „Tamen Atia Lucium non laudat, Quintum autem uxor certe semper laudat!“

Nunc etiam Lucius ridet. Tum Aulus et Gaius cum Lucio ad *palaestram* properant. Ibi cum adolescentibus pilâ ludunt³.

¹salûtäre *begrüßen* - ²certäre *streiten* - ³pilâ lûdere *Ball spielen*

4Z Zu zweit auf dem Forum

Diu amici in *palaestrâ* cum adolescentibus pilâ ludunt¹. Tum Lucius amicos relinquit; nam Atia amica in foro est. Lucius ad forum properat. Ante basilicam Iuliam stat, sed amicam non videt. Ubi Atia est? Tandem Atia adest. Lucium in turbâ videt et ad amicum accedit. Tum cum Lucio basilicam intrat. In basilicâ Lucius et Atia mercatores vident. Mercatores basilicam clamore complent. Etiam Lucium et Atiam vident.

Tum Lucius et Atia per basilicam contendunt, forum intrant. Per forum ambulant²; gaudent et rident.

¹pilâ lûdere *Ball spielen* - ²ambuläre *spazierengehen*

5T Jubel auf dem Forum

Hodie Aulus et Gaius ad forum properant. Etiam Atia et Lucius adsunt. Aulus consistere vult, sed Atia: „Ubi es? Cur dubitas? Ad forum currimus! In foro populus senatores exspectat.“ Aulus: „Ad forum propero et curro, sed non in Circo Maximo sumus! Cur non consistitis? Heus¹, cur non respondetis?“ Sed amici non consistunt. Undique turba ad forum contendit. Nam hodie nuntius in curiâ est et victoriam nuntiat.

Amici forum intrant et curiam petunt. Atia: „Ecce! Iam senatores e curiâ ad rostra² accedunt.“ Etiam M. Aquilius senator adest. Repente populus tacet, tum C. Servilius consul palam nuntiat: „Tandem victoriâ gaudere licet! Tandem victores sumus! Gaudemus, quod non iam iniuriis dolemus, quod non iam cum barbaris pugnamus, quod non iam patriam armis defendimus. Deos sacrificio³ colere debemus; nam nunc sine periculo vivimus!“

Statim populus clamat: „Io triumphe!⁴“ Etiam amici nuntio gaudent.

¹heus *he, heda! (Ausruf)* - ²rôstra *Pl. Rednerbühne* - ³sacrificium *Opfer* - ⁴lô triumphe! *Triumph, Sieg!*

5Z Paul im Senat

Wie immer sitzt Paul im Unterricht neben Barbara. Sie haben Latein. Paul liebt die Antike, am liebsten wäre er selbst Römer. Angestrengt betrachtet er das Bild des Forum Romanum und taucht in seine eigene Vorstellungswelt ...

Subito Paulus forum et basilicas et curiam videt.

Paulus: „A! In foro sum! Ecce, ibi curia est: Porta patet.

Ad curiam accedo, ante portam consisto. Senatores video:

In curiâ sedent¹ et clamant; subito autem surgunt, me² salutant³.

Curiam intro. Senatores: ‚Tandem ades! Cur accedere dubitas?‘

Et ego⁴: ‚Cur curiam clamore completis?‘ Senatores: ‚Tandem victoriam nuntiare licet! Victores sumus, iniuriis non iam dolemus!‘

Diu nuntio gaudemus. Tum e curiâ ad forum propero. In turbâ sto, basilicas specto. Etiam Barbaram video: Cum amicis per forum contendit. Subito Barbara me² videt et clamorem tollit: ‚Nicht träumen, Paul! Aufpassen!‘“

¹sedere *sitzen* - ²mê *mich* - ³salûtâre *begrüßen* - ⁴egô *ich*

I prima lesen

Ein Wunder ist beim Tierkampf geschehen! Alle Welt erzählt davon. Auch Markus, Titus und Claudius reden von nichts anderem. Nur ihr Lehrer (magister = Mag.) ist ganz erstaunt und fragt die Kinder, was denn passiert sei. Diese streiten sich beinahe, denn jeder will zuerst erzählen ...

Mag.: Quid est? Cur non tacetis? Clamores non amo! Quis respondere vult?

Endlich beruhigen sich die Kinder etwas und berichten gemeinsam von den Geschehnissen:

Claudius: Cum amicis in Circo sum, nam ludos spectamus.

Turba adest; bestias iam exspectamus.

Marcus: Nunc servi cum sene Circum intrant; tum senem relinquunt.

Titus: Senex tacet et populum spectat. Sine armis in Circo stat.

Marcus: Statim turba Circum clamore complet: „Ubi bestiae sunt, ubi leones¹ sunt?“

Claudius: Repente portae patent: Leones in Circum currunt, senem vident, consistunt.

Marcus: Senex periculum videt - tamen cum bestiis pugnare non vult, sed mortem² exspectat.

Titus: Nunc unus e³ leonibus senem diu spectat. Tum ad senem accedit et eum⁴ contingit⁵ ...

Claudius: ... et populus subito non iam clamat, sed tacet; leonem et senem spectat: „Cur leo senem non appetit⁶?“

Titus: Nunc etiam senex leonem spectat; subito gaudet et ridet et leonem contingit.

Marcus: Nunc ceterae⁷ bestiae senem appetunt; leo autem senem defendit. Denique servi accedunt et bestias e Circo abducunt⁸.

Claudius: Populus autem surgit et gaudet et clamat, nam leo et senex amici sunt.

¹leō, leōnem *m Löwe* - ²mors, mortem *Tod* - ³ūnus ē *einer der / von* - ⁴eum *ihn* - ⁵contingere *berühren* - ⁶appetere *angreifen* - ⁷cēterae *Nom. Pl. die übrigen* - ⁸abdūcere *wegführen*

6T Vorbereitung eines großen Festes

Im Haus des Senators Marcus Aquilius Florus herrscht große Aufregung. Denn ein Fest zu Ehren von Publius, dem Sohn des Senators, wird vorbereitet, und alle Sklaven werden mit bestimmten Aufgaben betraut. Dazu wendet sich die Herrin des Hauses, Cäcilia, an Fortunatus, den Aufseher der Sklaven.

Caecilia in *atrio* stat et Fortunatum servum vocat: „Propera, Fortunata! Nam convivas¹ expectamus. Servos in *atrium* mitte!“ Fortunatus servos ad dominam mittit.

Domina: „Emite in foro *mala et ova, pisces et panem!*“

Tum servas vocat: „Parate *triclinium!* Ornate mensas floribus²!“

Etiam in *culina*³ servi laborant. Ibi Davus coquus⁴ cum servis cenam parat. Coquus iubet: „Puellae, parate *olivas et caseum!* Adeste, pueri! Ades et tu, Afra!“

Caecilia ex *atrio* in *culinam* properat, coquum laudat: „Bene, Dave!“

Iam liberi matrem vocant: „Mater, in *cubiculo* te expectamus.“

Domina *cubiculum* intrat; liberos et Melissam servam videt, tum iubet: „Ostende vestes, Melissa!“ Domina vestes spectat, vestes autem non placent.

Statim Melissa: „Ancus mercator vestes vendit. Domina, servum ad Ancum mercatorem mitte!“

Paulo post Ancus cum servis aedes intrat; servi vestes portant.

Ancus: „Salve, Caecilia! Salve, Melissa! Spectate vestes!“

¹convīva *Gast* - ²flōs, flōrem *Blume* - ³culīna *Küche* - ⁴coquus *Koch*

6Z Ein großer Auftrag

Theodorus servus cum Athenodoro servo in *culina*¹ stat.

Subito Fortunatus *culinam* intrat: „Theodore, Athenodore, accedite! Quintus mercator vinum in aedes portare non potest². Itaque currite ad Quintum et vinum portate!“

Statim Theodorus et Athenodorus ad tabernam contendunt.

Quintus ante tabernam stat et servos iam expectat. Theodorus cum Athenodoro tabernam intrat. Ibi amphoras³ vident et stupent⁴. Quintus rogat: „Cur dubitatis?“

¹culīna *Küche* - ²potest *er (sie, es) kann* - ³amphora *Amphore (großes Tongefäß, in dem Flüssigkeiten aufbewahrt wurden)* - ⁴stupēre *staunen*

7T Eine Toga für Publius

Ancus, der Tuch- und Stoffhändler, hat den Sklaven, der aus dem Haus des Aquilius geschickt worden war, sofort begleitet und eine Vielzahl seiner Modelle mitgebracht.

Servi Anci mercatoris circiter viginti vestes in *cubiculum* dominae portant. Etiam liberi adsunt et vestes spectare volunt. Caecilia ad Ancum et ad servos Anci accedit et iubet: „Ostendite vestes! Nam sacrum et convivium paramus. Itaque vestes emere volo. Primo autem ostendite togas et tunicas!“

Mercator verbis Caeciliae gaudet et dicit: „Videte copiam togarum et tunicarum.“

Caecilia Publium ad consilium admittit: „Publi, ecce togas viriles¹!“ Cum Publio filio togas Anci spectat, attingit, probat.

Ancus ad Publium accedit: „Nonne togam sumere vis?“

Publius gaudet, libenter² togam induere³ vult. Statim servi accedunt, paulo post Publius auxilio servorum togam sumit.

Mater filium spectat et gaudet: „Nunc togam virilem geris!“

Tum Ancus Caeciliam et Aquiliam filiam vocat: „Nunc spectate vestes mulierum! Nonne stolas⁴ et tunicas sumere vultis?“ Statim mater filiaque oculos in vestes convertunt.

Tunicam cum tunica componunt. Itaque in *cubiculo* remanent. Publius autem *cubiculum* matris relinquit et ad patrem contendit. Etiam pater toga filii gaudet.

¹toga virilis, togam virilem *Akk. Toga für einen Mann* - ²libenter *gern* - ³induere *anziehen* - ⁴stola *Stola*

7Z Beim Einkaufsbummel

Hodie Marcus cum Lydia amica in foro ambulat¹. Fenestras tabernarum² spectant, nam Marcus bracas³ emere vult. Tum emporium⁴ intrant. Scalis versatilibus⁵ partitionem⁶ vestium petunt.

Marcus bracas societatis Diselianae, tum Leviana⁷, tum ... spectat, attingit, probat; Lydia autem in partitionem computatorum⁸ contendit. Tandem Marcus bracas emit.

Nunc amicus et amica computatra vident et probant.

Paulo post ad tabernam Macci Donaldi properant et isicium⁹ Hamburgense, magnum¹⁰ Maccium, emunt.

¹ambuläre *spazierengehen* - ²fenestra tabernarum *Schaufenster* - ³bracae (Pl.) *Hose* - ⁴emporium *Kaufhaus* - ⁵scalae versatiles *Rolltreppe* - ⁶partitio *Abteilung (im Kaufhaus)* - ⁷societas Diseliâna/Leviâna *Firma Diesel/Levi's* - ⁸computatrum *Computer* - ⁹isicium *Frikadelle* - ¹⁰magnum *groß*

8T Das große Fest (I)

Die ersten Gäste sind bereits am Esquilin, einem der sieben Hügel Roms, im Haus des Senators Aquilius eingetroffen. Auch die Freigelassenen wollen ihrem Herrn anlässlich des Festes ihre Aufwartung machen. Nur Decimus Aquilius, der erst vor kurzem freigelassen worden ist, hat sich ein wenig verspätet.

Decimus Aquilius libertus per forum currit. Iam mercatores, iam servi in foro sunt et negotia agunt. Decimus voces mercatorum audit, sed non consistit, quod aedes Marci Aquili patroni petit. Forum relinquit, per vias currit et in montem Esquilinum pervenit.

Ante aedes servus stat et Decimum salutatur¹ et in *atrium* ducit. Propinqui, amici, liberti gentis Aquiliae iam adsunt.

Tum Publius cum parentibus Aquiliae sorore venit et *atrium* intrat. Publius togam virilem² gerit, propinquos amicosque salutatur. Ad aram Larum accedit et dicit: „Ad aram venio, bullam³ depono, nunc togam virilem gero.“ Parentes et convivae⁴ verba Publi cum gaudio audiunt.

Denique Aquilius senator: „Nunc Publium in Capitolium ducere debemus. Venite!“

Paulo post gens Aquilia et convivae aedes relinquunt et Capitolium petunt.

In templo Iovem deum et Iunonem deam salutem pacemque orant.

Tum Aquilii agmen convivarum domum ducunt.

¹salutare *begrüßen* - ²toga virilis *Toga des Mannes* - ³bullam *Amulett (das ein Kind vor Gefahren beschützen sollte)* - ⁴convivae *Gast*

8Z Wohnen in der Subura

In der Subura, einem Stadtteil von Rom, der in der Nähe des Forums liegt, wohnen und arbeiten hauptsächlich die ärmeren Einwohner der Stadt. Servius, der 14-jährige Sohn des Händlers und Wirtes Quintus Rabirius, erzählt:

Cum parentibus et sorore in Subura, in taberna cum pergula¹ vivo. In taberna non tantum vinum, oleum², olivas³ vendimus, sed etiam cenas paramus. Pater vinum oleumque vendit; tum amphoras⁴ cum Optato servo ad aedificia senatorum porto. Mater cum sorore in culina⁵ laborat et cenas parat. Homines⁶ etiam in taberna cenare⁷ volunt; tum Rabiria soror cenas ad mensas portat.

¹taberna cum pergulâ *Laden mit einem Verschlag (in dem die Familie des Besitzers lebte)* - ²oleum *Öl* - ³oliva *Olive* - ⁴amphora *großer Tonkrug* - ⁵culina *Küche* - ⁶homō, hominis *Mensch* - ⁷cenare: *zu cēna*

9T Das große Fest (II)

Propinqui, amici, liberti in aedes Aquili senatoris conveniunt. Senator uxorque, Publius Aquiliaque hospites salutant¹: „Salvete!“ Tum Fortunatus hospites in *triclinium* ducit. Ibi hospites, dominus, Publius accumbunt², mulieres in sellis³ considunt.

Domina servis signum dat: Servi dominae parent, aquam et vinum in *triclinium* portant. Postea servi et servae hospitibus cibos et vinum praebent. Aquilio senatori convivium placet, quod hospites edunt⁴, bibunt, gaudent. Post cenam Publi pater orationem habet: „Propinqui, amici, liberti: Vobis gratias ago, quod convivio gentis Aquiliae interestis. Publio nunc toga virilis⁵ est. Itaque more maiorum Laribus munera dare debemus.“

Alle Gäste erheben sich und gehen gemeinsam mit Publius und seinem Vater noch einmal ins Atrium zum Altar der Hausgötter. Cäcilia und Aquilia bringen mit Speisen gefüllte Schalen herbei, die sie Publius überreichen. Nach einem gemeinsamen Gebet stellt Publius die Gefäße in das Lararium. Gerade haben sie die Zeremonie beendet und wollen in das Triclinium und in den Garten zurückkehren.

Subito hospites clamorem audiunt. Paulo post Fortunatus ad Aquillum venit et dicit: „Domine, Diodorus amicus et Philippus puer adsunt - e Graecia veniunt.“ Statim Aquilius Diodorum atque Philippum salutatur et in *triclinium* inducit. Hospites quoque Diodorum Philippumque salutant, tum servi cibos praebent. Aquilius orat: „Narrate de itinere!“ Diodorus et Philippus amico parent.

¹salūtāre *begrüßen* - ²accumbere *sich zum Essen legen* - ³sella *Sessel, Stuhl* - ⁴edere *essen* - ⁵toga virilis *Toga des Mannes*

9Z In der Bäckerei

In Mietshäusern lebten oft sehr viele Menschen auf engstem Raum, da sie sich meist nur kleine Räume von ihrem Verdienst leisten konnten. Valeria und ihre Mutter haben nur ein Zimmer gemietet. Beide sind gezwungen, für die hohe Miete und ihren Lebensunterhalt hart zu arbeiten.

Pater Valeriae uxorem et filiam iam diu reliquit¹. Itaque matri Valeriae pecunia non est; in pistrino² L. Tubuli laborat. Valeria matri semper adest. Mane³ mater et filia surgunt, nam servi panem⁴ in taberna pistoris⁵ emere volunt. Mater cum servis Tubuli panem in pistrino parat, postea Valeria panem in taberna vendit. Tubulus pistor Valeriam et matrem amat, nam bene laborat.

¹reliquit *er hat verlassen* - ²pistrinum *Bäckerei* - ³mâne *früh am Morgen* - ⁴pânis, is *Brot* - ⁵pistor *Bäcker*

10T Im Buchladen

Publius et Philippus forum petunt et aedificia spectant;
multitudinem hominum aspiciunt.

Tum Philippus Publium orat: „Nunc Alexandro magistro¹
donum emere cupio. Magister linguam Latinam² scit,
itaque librum poetae Romanorum emere cupio.“ Comites
ad tabernam Athenodori contendunt. Athenodorus
amicis libros ostendit. Mercator Philippum rogat: „Cupisne
librum Ovidi poetae emere?“ Philippus librum sinistra capit
et Publio ostendit. Publius librum corripit et carmina Ovidi
legere instituit ... et legit ... et legit et
Athenodorus rogat: „Cupisne libros legere an emere?“
Comites rident et Philippo placet librum Ovidi poetae emere.
Tum Publius Philippo forum monstrare³ cupit. Primo
amicum ad curiam ducit. Publius: „Ecce! Eo senatores
conveniunt.“ Philippus: „Quid faciunt senatores?“ Publius:
„Senatores orationes de urbe et provinciis, de bello et pace
habent.“

Deinde amici forum relinquunt et Capitolium petunt.
Publius Philippum ad templum ducit et dicit: „In templo
deos Capitolinos colimus. Iuppiter pater deorum
hominumque est, Iuno uxores servat, Minerva hominibus
sapientiam⁴ dat. Hic imperatores triumphos agunt⁵.“
Tum Philippus et Publius de Capitolio forum spectant.

¹magister, trî *Lehrer* - ²lingua Latīna *lateinische Sprache* - ³mônstrāre *zeigen* -
⁴sapientia *Weisheit* - ⁵triumphum agere *einen Triumph feiern*

10Z Bücherkauf heute

Hodie Marcus libros domi emere cupit,
itaque ad mensam scriptoriam accedit et
computatrum aperit.
In monitore area operaria apparet.
Mure Marcus globolum interretis insertat,
tum inscriptionem societatis librorum
inscribit. Marcus paginam societatis exspectat.
Nunc signum societatis librorum apparet.
Marcus catalogum librorum legit: tot libri!
Subito fabulam criminalem videt:
Investigator senator Romanus est.
Statim nomen et inscriptionem scribit et
mandatum ad societatem mittit.
„Clicc!“ Mus globolum „i!“ insertavit.

II prima lesen

Auf Wunsch seiner Mutter und seines Großvaters sucht Sosikles, ein junger Händlerssohn, seinen vermissten Zwillingsbruder Menächmus. Dabei widerfährt ihm so allerlei, wie die folgende Szene zeigt. Nach einem langen Tag der Suche in einer griechischen Stadt erblickt Sosikles endlich ein Wirtshaus:

Sosicles (*zu sich*): Tandem tabernam video; ibi vinum cibosque sumere volo. (*Hört plötzlich eine Frauenstimme*) Sed quis clamat?

Mulier: Ecce! Hic es, hic te convenio! Cur domum non venis?

Responde!

Sosicles: Cur clamorem tollis, mulier? Cur me¹ rogas?

Mulier: Quid? Tu respondere non vis! Scire volo: Quid hic agis?

Habesne amicam? Semper in taberna es et vinum bibis.

Sosicles: Quid te agit, mulier! Verba tua² mihi³ non placent.

Estne mos hic hospitem iniuriis appetere⁴? Tace tandem!

Mulier (*gerät völlig außer sich*): Visne me ridere? Uxor tua sum!

Tu ...

Sosicles (*zum Publikum gewendet*): Audite me, dei, et servate me!

Mulier (*kreischend*): Nunc statim patrem voco, remane hic!

(*Frau geht weg*)

Sosicles: Vobis gratias ago, dei, nam mulier non iam adest!

Statim in taberna vobis sacrum facere volo ...

Kaum im Wirtshaus bleibt er wie angewurzelt stehen. Vor ihm steht sein Ebenbild:

Sosicles: Quid video? Quis es, adulescens?

Menaechmus (*nicht weniger erstaunt*): Menaechmus sum, filius

Moschi⁵ mercatoris; pater autem non iam vivit.

Sosicles: Etiam filius Moschi sum! Sicilia⁶ patria mea⁷ est.

Menaechmus (*beginnt sich zu freuen*): Sicilia etiam patria mea est!

Tu Sosicles es, frater⁸ meus⁹!

Sosicles (*voller Freude und erleichtert zugleich*): Tandem te aspicio,

Menaechme! Dei me amant, nam fratrem habeo.

¹mê *mich* - ²tua *deine* - ³mihi *mir* - ⁴appetere *angreifen* - ⁵Moschus, î *Moschus* - ⁶Sicilia *Sizilien* - ⁷mea *meine* - ⁸frâter, frâtris *m Bruder* - ⁹meus *mein*

11T Ein Anfang mit Schrecken

Als Romulus und Remus wegen der Stadtmauer in Streit gerieten, erschlug Romulus seinen Bruder. Wie ein Lauffeuer breitete sich die Kunde vom Brudermord aus. Auch der Hirte Faustulus - er hatte einst die von einer Wölfin gesäugten Knaben am Tiberufer gefunden und zu sich genommen - war Zeuge des Geschehens gewesen und eilte, so schnell er konnte, nach Hause zu seiner Gattin Acca:

Faustulus casam¹ intrat: „Acca, ubi es? Veni et audi de calamitate! Romulus Remum necavit!“ Acca ad maritum accedit: „Quid dicis, quid audivi? Tibi² credere non possum.“

Faustulus autem: „Crede mihi, uxor. Hodie cum comitibus ad montem Palatinum properavi. Etiam Romulus et Remus et multitudo virorum Palatium petiverunt. Tum Romulus viros ad se vocavit et, ubi tacuerunt, orationem habuit:

„Gaudeo, quod venire non dubitavistis. Hodie sacrum facere volumus; nam auxilio deorum Palatium munivimus. Videte murum! Nunc tandem sine periculo vivere possumus!“

Viri verba Romuli clamore probaverunt. Subito autem

Remus: „Ego tuum³ murum rideo; murus enim hostem ab urbe non prohibet.“

Statim murum transiluit⁴. Tum Romulus per iram⁵ Remum

petivit et, o Acca, fratrem necavit. Remo adesse non potui.“
Faustulus tacet. Acca autem lacrimas tenere non potest et
clamat: „O Faustule, frustra lupa⁶ pueros in ripa Tiberis
servavit et aluit, frustra tu Remum cum fratre domum
portavisti, frustra Remo parentes fuimus! O Romule,
cur fratrem necavisti?“ Tum Faustulus et Acca fleverunt
filiique nece doluerunt.

¹casa *Hütte* - ²tibi *dir* - ³tuus *dein* - ⁴trânsilîre (*Perf.*: trânsiluî) *m. Akk. überspringen* - ⁵per îram *aus Zorn* - ⁶lupa *Wölfin*

11Z Der Raub der Sabinerinnen

Nachdem Romulus die neu gegründete Stadt befestigt hatte, wollte er für ihr Wachstum sorgen. Doch fehlten den Römern Frauen zur Gründung von Familien. Was tun in solcher Lage? „Wenn wir schon keine eigenen Frauen besitzen, so müssen wir eben unsere Nachbarn, die Sabiner, bitten, uns Frauen zu geben“, dachte sich Romulus und sandte sogleich einen Boten zu den Sabinern. Die Sabiner aber waren nicht bereit, ihre Töchter und unverheirateten Frauen den Römern zur Heirat zu geben. Da griff Romulus zu einer bösen List ...

Romani filias Sabinorum¹ vi² capere voluerunt. Itaque Sabinos ad convivium ludosque vocaverunt. Sabini cum puellis ad Romanos venire non dubitaverunt et urbem sine armis intraverunt. Subito Romani Sabinas petiverunt et corripuerunt. Sabini filias servare non potuerunt. Eo dolo³ Romulus Romanis uxores paravit.

Sabini autem arma capere properaverunt atque Romam petiverunt. Sed urbem capere frustra cupiverunt. Denique filiae Sabinorum patres ad se vocaverunt: „Diu Romam armis petivistis: sed urbem capere non potestis. Nos⁴ nunc uxores Romanorum sumus, hic remanere cupimus. Deponite arma pacemque facite cum Romanis!“ Paulo post Sabini arma deposuerunt: Tandem pax fuit.

¹Sabîni, ôrum *die Sabiner* - Sabînae, ârum *die Sabinerinnen* - ²vî *gewaltsam* - ³eô dolô *durch diese List* - ⁴nôs *wir*

11plus T Einer für alle

Der Pons Sublicius stellte den einzigen Zugang zur Stadt dar, der nicht durch die starke Stadtmauer war. Ein Angreifer musste lediglich über die Brücke gelangen und stand praktisch schon auf dem Forum. Das wussten die Etrusker und eines Tages, als das römische Heer sich gerade in den Sabiner Bergen aufhielt, zogen sie mit einem Heer gegen Rom, in der Hoffnung, über die Brücke in die fast soldatenfreie Stadt marschieren zu können. Der Römer Mamerkus war gemeinsam mit Horatius, Larcus und Herminius am Pons Sublicius postiert. Am Abend berichtet er in seiner Stammtaverne den Gästen von seinen Erlebnissen:

In ripa Tiberis cum Horatio, Larcio Herminioque comitibus pontem¹ defendere debui. Primo hostes videre non potuimus. Subito autem clamorem audimus - iam Tuscos ad ripam venire videmus. Hostes ad ripam accedere video, pontem relinquere

non dubito, in urbem contendo.
 Etiam comites in urbem currere puto.
 Ubi autem in urbe fui, - vae!² - comites adhuc³ in ponte stare video. Nunc certe scio amicos in periculo esse.
 Hostes aspiciunt amicos, amici exspectant hostes.
 Tacent Romani, tacent Tusci.
 Tandem Horatius per iram clamat: „Venite, Tusci! Nos⁴ pugnare patriamque defendere cupimus.“ Hostes primo accedere dubitant, tum autem arma capiunt. Scio comites pontem tenere non posse - lacrimas tenere non possum.
 Subito autem Horatium vocare audio: „Defendite patriam, amici! Rescindite⁵ pontem!“ Horatius comites pontem rescindere iubet. Quid faciunt Larcus Herminiusque? Horatio parent pontemque rescindere instituunt.
 Horatium autem hostes gladio petere et cum hostibus pugnare video. Iam hostes Horatium necavisse puto.
 Repente autem Horatium de ponte in aquas Tiberis desilire⁶ video. Et statim pons cum clamore corrui⁷. Tusci in ripa remanent. Horatius autem per aquas urbem petit; Tiberis enim deus Horatio et comitibus adest.

¹pōns, pontis *Brücke* - ²vae! *o weh!* - ³adhūc *bis jetzt, noch* - ⁴nōs *wir* - ⁵rescindere *einreißen* - ⁶dēsilīre *herabspringen* - ⁷corrūere *zusammenstürzen*

12T Das Maß ist voll

Tarquinius Superbus, der siebte König Roms, ist bei den Römern wegen seiner grausamen Herrschaft zunehmend verhasst. Die Situation verschärft sich, als Lucretia, die Frau des aus einer bedeutenden Familie stammenden Collatinus, von Tarquinius' Sohn Sextus überfallen und vergewaltigt wird. Lucretia, die - obwohl unschuldig - ihre Ehre für immer verloren sieht, weiß keinen anderen Ausweg als sich selbst das Leben zu nehmen. In Collatia, dem Wohnort der Lucretia in der Nähe Roms, ist die Empörung so groß, dass L. Iunius Brutus, ein Freund des Collatinus, mit einer großen Schar junger Männer bewaffnet nach Rom zieht.

Post mortem Lucretiae Brutus cum multis viris Romam petivit et forum occupavit. Romani Brutum et comites forum occupare audiverunt. Voces et arma et multitudo virorum Romanos terruerunt. Homines statim ad forum properaverunt, quod causam clamoris cognoscere voluerunt. Ubi de scelere filii regis et de sorte misera Lucretiae audiverunt, iram non iam tenuerunt.
 Tum Brutus magna voce: „Lucretiam“, inquit, „semper Collatino marito uxorem bonam fuisse scitis; Lucretiam semper deos coluisse scitis. Nunc non iam vivit propter iniuriam Sexti Tarquini. Expellite tandem gentem superbam Tarquiniarum! Scelera regis non ignoratis.
 Num de nece Servi Tulli¹, num de nece multorum virorum bonorum dicere debeo? Si tuti a sceleribus et iniuriis esse vultis, expellite regem et totam gentem Tarquiniarum, liberate tandem urbem a magno periculo!“

Et Romani et Collatini² verba Bruti probaverunt. Tarquinii autem iram hominum timuerunt et Romam relinquere properaverunt. Ita Tarquinius Superbus rex ultimus Romanorum fuit.

¹Servius Tullius: *Vorgänger des Tarquinius, den dieser hatte töten lassen* -

²Collâtīnī, ōrum *die Collatiner*

12Z Menenius Agrippa

Nach der Vertreibung des Tarquinius lag die Macht nicht mehr bei einem Einzelnen, sondern verteilte sich auf die wenigen führenden römischen Adelsfamilien, die Patrizier (patriciī, ōrum). Sie bekleideten die höchsten Ämter des Staates. Die Plebejer (plēbēī, ōrum), die den größten Teil der Bevölkerung Roms ausmachten, blieben dagegen von jeglicher Macht ausgeschlossen. Aus Protest gegen diese Ungerechtigkeit zogen diese schließlich zu Beginn des 5. Jh.s v. Chr. aus der Stadt aus. Dem Patrizier Menenius Agrippa gelang es jedoch, sie zur Rückkehr nach Rom zu bewegen ...

Ubi Menenius Agrippa in monte Sacro¹ fuit, plebeios ad se vocavit et oravit: „Venite Romam², viri boni! Facite pacem cum patriciis! Tota urbs in magno periculo est, nam tuti ab hostibus non iam sumus.“ Sed plebei: „Num patriciis iniurias facere licet? Patricios homines superbos esse videmus. Hominibus autem superbis non paremus!“ Tum Menenius: „Et patricii et plebei urbem defendere debent. Credite mihi, viri boni! Audite fabulam³ ...“

Menenius erzählte den Plebejern die Geschichte vom Magen und den Gliedern: Die Glieder wollten einst dem Magen nichts mehr zuführen, weil dieser immer nur nahm, aber nie etwas gab. Als aber infolge des Hungerns eine Schwächung des gesamten Körpers eintrat, sahen die Glieder ein, dass auch der Magen eine wichtige Funktion hatte, und gaben ihm fortan wieder zu essen.

Tum plebeis placuit Menenio parere Romamque petere. Ita Menenius urbem e magno periculo servavit.

¹mōns Sacer *Heiliger Berg (Zufluchtsort der Plebejer)* - ²Rōmam *nach Rom* - ³fābula *Geschichte*

13T Hannibal ante portas

Hannibal hielt seinen Schwur und setzte den Kampf seines Vaters Hamilkar gegen Rom mit aller Anstrengung fort. Im Jahr 218 v. Chr. überquerte er von Spanien aus völlig überraschend mit dem gesamten Heer die vereisten Alpen und stand plötzlich in Italien. Die Römer leisteten Widerstand, doch vergeblich: Nach mehreren Niederlagen gegen die Punier verloren sie schließlich bei Kannä 216 v. Chr. trotz zahlenmäßiger Überlegenheit fast das gesamte Heer. Der Weg nach Rom war für Hannibal frei. In Rom löste diese Nachricht Angst und Schrecken aus.

Uxores Romanorum, postquam Hannibalem legiones Romanas vicisse audiverunt, totam urbem vocibus suis

compleverunt. Uxor quaedam¹: „Di² boni, adeste mihi miserae! Cuncti filii mei cum hoste pugnaverunt. Num filios amisi?“ Alia autem uxor: „Cur tu te miseram vocas? Tibi multi filii sunt - et maritum tuum in urbe mansisse scimus. Ego autem maritum non iam habeo mihi que unus filius restat. Non solum tu, sed etiam nos saluti virorum nostrorum timemus³!“

Etiam senatores statim in curiam convenerunt, de sorte urbis consuluerunt: Unus e senatoribus ita dixit: „Hannibal magnis laboribus milites elephantosque⁴ per Alpes in Italiam duxit, multa oppida cepit, legiones nostras vicit, nunc certe Romam contendere cupit. Nobis autem legiones non iam sunt. Equidem ita censeo: Aperite portas victori!“ Alius autem senator: „Ego vero sententiam tuam non probo. Hannibal nos proelio vicit, sed victor belli non est. Moenia Romae alta sunt. Cuncti Romani urbem armis servare debent!“

Hannibal aber nutzte die Gunst der Stunde nicht und verzichtete auf einen sofortigen Angriff gegen Rom.

¹quaedam *eine* - ²dī - deī - ³timēre *m. Dat. fürchten um* - ⁴elephantus: *vgl. Fw*

13Z Interview mit Hannibal

Mehreren Schülern, die an einem Forschungsprojekt teilnehmen, ist es gelungen, sich mittels Zeitmaschine in die Zeit des Zweiten Punischen Krieges zwischen Rom und Karthago (Carthâgô, inis *ñ*) zu versetzen und in das Lager Hannibals vorzustoßen. Sie befragen ihn zu den Hintergründen seines spektakulären Feldzugs über die Alpen ...

Adulescens: „Magno cum agmine militum et multis cum equis elephantisque Carthaginem reliquisti, Hannibal. Nunc in Italiam pervenisti, sed multa arma, bestias, milites amisisti. Cur magnis cum laboribus iter per Alpes fecisti?“ Hannibal: „Romanos terrere volui: Agmen per Alpes duxi, cunctos hostes vici, multa oppida cepi. Nunc Romani nos timent, nunc Italia nobis patet.“ Adulescens: „Militesne tibi semper paruerunt?“ Hannibal: „Ita est. Equidem magnos labores belli suscepi¹ - sicut² milites mei. Itaque me amant mihi que parent.“ Adulescens: „Cur Romanos armis petitis?“ Hannibal: „Romani cum legionibus Italiam relinquere et terras alienas³ petere non dubitant. Etiam Carthaginem capere cupiunt; itaque Romanos vincere debemus.“

¹suscipere (*Perf. suscēpī*) *auf sich nehmen* - ²sicut *wie* - ³terrae aliēnae *fremde Länder*

14T Scipio contra Hannibalem

Marcus, Titus und Aulus sprechen mit ihrem Lehrer über die römische Geschichte. (Mag = magister *Lehrer*).

MAG: Vos iam de Publio Cornelio Scipione, quem Africanum appellamus, audivistis. Scire volo ...
 AULUS: Sed Scipio vir Romanus fuit. Cur virum Romanum appellamus Africanum?
 MAG: Bene rogas, Aule. Potesne respondere, Tite? *Titus tacet.*
 MAG: Et tu, Marce?
 MARCUS: Audivi Scipionem in Africa, quae est patria Poenorum, hostes superavisse.
 MAG: Non solum hostes vicit, Marce, sed imprimis Hannibalem! Victoria sua Scipio Romam tandem a magno periculo liberavit.
 MARCUS: Tamen Scipioni, cui senatores postea triumphum¹ decreverunt, in urbe manere non licuit.
 MAG: Ita est, Marce. Propter crimen falsum² Scipio, cuius virtutem patres vestri cunctique Romani laudant, Romam reliquit.
 TITUS: Fueruntne Scipioni uxor liberique?
 AULUS: Nonne scis Corneliam, quae est filia Scipionis, Tite?
 TITUS: Nescio. Neque vero tu, Aule, cuncta scis.
 MAG: Aulus non errat, Tite. Multi dicunt Corneliam, cui duodecim³ liberi fuerunt, exemplum clarae uxoris matrisque fuisse. Quae post mortem mariti non desperavit, sed familiam sola curavit. Imprimis Tiberio et Gaio⁴ filiis semper consiliis bonis adesse studuit

Nunc magister multa de vita Corneliae narrat. Denique pueros dimittit. Qui gaudent, nam ad thermas contendere volunt.

¹triumphus *Triumphzug (Siegeszug durch die Stadt zum Kapitol)* - ²crimen falsum: *Scipio wurden von seinen Gegnern Bestechung und Unterschlagung von Geld vorgeworfen.* - ³duodecim *zwölf (nur drei Kinder überlebten)* - ⁴Tiberiô et Gâiô: *gemeint sind Tiberius und Gajus Gracchus (s. Eigennamenverzeichnis)*

14Z Rom oder Karthago?

Der einflussreiche Politiker M. Porcius Cato warnte die Römer nach Scipios Sieg über die Punier vor verfrühter Freude und verlangte die vollständige Zerstörung Karthagos.

Postquam Scipio Poenos in Africa vicit, senatores Romani virtutem victoris multis verbis laudaverunt: „Virtus tua, qua hostem vicisti, sine exemplo est.“ „Tu Poenos, qui magno cum agmine militum nostros petiverunt, non solum in Africa, sed etiam uno proelio superavisti.“ „Audivimus neque elephantos, quos Poeni secum¹ duxerunt, te terruisse.“
 M. Porcius Cato autem ita dixit: „Cur Scipio in Africa non remansit, cur Carthaginem² non petivit, cur moenia alta urbis non delevit³, cur Hannibalem, imperatorem Poenorum, non cepit? Qui non solum vivit, sed iam de novo⁴ bello cogitat. Dum⁵ Carthago muros habet, victoria paceque gaudere nobis non licet. Ceterum censeo Carthaginem esse delendam!“
(Im Übrigen meine ich, dass Karthago zerstört werden muss.)

¹sêcum *mit sich* - ²Carthâgô, Carthâginis *f Karthago* - ³dêlêre (*Perf. dêlêvî*) *zerstören* - ⁴novus, a, um *neu* - ⁵dum *solange*

15T Anschlag auf den Konsul Cicero

Im Jahre 63 v. Chr. plante eine Gruppe von Verschwörern unter Führung Catilinas die politischen Verhältnisse in Rom radikal zu verändern und die Macht an sich zu reißen. Als eine gewisse Fulvia über ihren Geliebten Quintus Curius erfuhr, dass der Konsul Cicero noch in derselben Nacht von den Verschwörern ermordet werden sollte, eilte sie sofort zu dessen Haus. Da sie sich als Frau an die Hausherrin zu wenden hatte, bat sie Ciceros Sekretär Tiro, der die Tür öffnete, Ciceros Frau Terentia zu benachrichtigen.

Multa nocte Tiro dominam suam e somno excitavit.

Terentia, ubi eius vocem sollicitudinemque¹ animadvertit, statim surrexit. Tum Tiro: „Dominus“, inquit, „in periculo est. Ecce, Fulvia adest, quia dominum summo in periculo esse censet.“ Terentia eam salutavit², tum Fulvia dixit: „Quintus Curius meus et pauci viri hodie apud M. Porcium Laecam³ fuerunt. Audi ea, quae consuluerunt: Consulem, maritum tuum, in aedibus vestris necare volunt!“

Terentia, postquam verba Fulviae audivit, ad Ciceronem contendit eique periculum nuntiavit. Qui statim e cubiculo⁴ cucurrit, cunctos servos arcessivit, eis imperavit: „Currite ad ianuam⁵ et claudite eam! Defendite me ab iis hominibus, qui me necare volunt!“

Prima luce profecto duo homines ad aedes consulis accesserunt. Diu ante ianuam steterunt, tum eam aperire frustra studuerunt, denique discesserunt.

Postridie⁶ Cicero senatores in templum Iovis Statoris⁷ convocavit. Ubi Catilinam vidit, iram non iam tenuit eumque ita accusavit: „Iam diu, Catilina, consilia tua cognovimus. Me bene defendi ab insidiis, quas mihi in aedibus meis paravisti. Ita periculum mortis vitavi. Ego te moneo, a te postulo: Libera nos a periculo tuo, relinque tandem id templum urbemque nostram!“

Qua oratione Cicero Catilinam ex urbe pepulit.

¹sollicitûdô, inis *Unruhe* - ²salûtâre *begrüßen* - ³M. Pocius Laeca: *ein Mitverschwörer des Catilina* - ⁴cubiculum *Schlafzimmer* - ⁵iânuâ *Eingangstür* - ⁶postrîdiê *am folgenden Tag* - ⁷templum Iovis Statôris *der Tempel des Jupiter Stator (in dem oft Senatssitzungen stattfanden)*

15Z Cicero wird gejagt

Viele Jahre später (43 v. Chr.) hatte Cicero den übermächtigen Politiker Marcus Antonius in mehreren Reden scharf angegriffen; denn im Streben des Antonius nach Alleinherrschaft sah Cicero eine Gefahr für die römische Republik und die Herrschaft des Senats. Antonius schwor Rache und befahl seinen Leuten, den Widersacher zu töten. Als Cicero, der sich außerhalb Roms befand, von Freunden über den

Racheplan des Antonius erfuhr, blieb ihm nur die Flucht, und er beklagte sich bitter über sein Schicksal:

Postquam Cicero amicis gratias egit eosque dimisit, statim de fuga¹ cogitavit:

„Di² boni, adeste mihi familiaeque meae miserae! Antonium in foro ‚bestiam‘ et ‚hostem patriae‘ appellavi. Qui certe iam milites suos ad me misit; mihi hic manere non licet. Num ego patriam e multis periculis frustra servavi? Nonne ego fui is consul, qui Catilinam ex urbe expulit atque ita patriam ab eius sceleribus liberavit? Tum senatores virtutem meam laudaverunt meque ‚patrem patriae‘ vocaverunt. Semper ego cuncta pericula superavi et libertatem³ rei publicae⁴ defendi. Nunc autem patriam Italiamque relinquere atque vitam meam servare debeo.“

¹fuga *Flucht* - ²dī -deī - ³libertās *Freiheit* - ⁴rei pūblicaе *des Staates*

16T Cäsar im Banne Kleopatras

Anstatt sich weiter um seine Gegner zu kümmern, hatte Cäsar, der Sieger über Pompejus, nur noch Augen für Kleopatra, die schöne Königin der Ägypter. In Rom begann man sich Sorgen zu machen.

Multos homines in forum convenire videmus; de Caesare atque Cleopatra verba vehementia faciunt:

- Num Caesar, qui cunctis imperatoribus virtute praestitit, propter eam mulierem in Aegypto manere vult? Quid? Num id verum est? Num id credere licet? Etsi alii potentem, alii pulchram eam vocant, mulier est. Num mulier plus valet quam victoriae pristinae? Victorem totius Galliae mulieri parere puto.
- Multi te, o Caesar, servum Cleopatrae vocant; nam cum apud reginam¹ es, ei placere studes eamque magnis donis delectas. Aegyptum relinquere non vis, quamquam fratrem Cleopatrae² vicisti pacemque iam paravisti.
- Num Caesar morte Pompei contentus est? Nonne pericula novi belli videt, nonne consilia inimicorum perspicit? Qui magnas copias parare instituerunt, dum Caesar cum Cleopatra nave iter per Nilum facit.
- Num monumenta Aegypti apud Caesarem plus valent quam victoriae? Caesar, si patriam servare et imperium temperare vult, Aegyptum statim relinquere debet.
- Cleopatra Caesarem et corpore pulchro et ingenti copia auri et multis aliis illecebris³ sibi adiunxit. Eam timere debemus, quia non solum regnum Aegypti, sed etiam Romam tenere studet. Multis e nuntiis conicio: Ea mulier non Caesarem amat, sed eius potentiam.

¹rēgīna *Königin* - ²frātrem Cleopatrae: *Gemeint ist Ptolemaios XIII., der die Römer in Alexandria angreifen ließ.* - ³illecebra *Verlockung*

16Z Die Ermordung Cäsars

Mehr und mehr Stimmen in Rom erhoben sich gegen die Macht Cäsars:

„Caesar, cuius ingentem potentiam timemus, regnum capere vult.“

„Tarquinius rex ultimus non fuit: Nam Caesar rex novus esse

cupit.“ „Quod si prohibere volumus, Caesarem necare debemus.“

Schließlich in der Senatssitzung des 15. März 44 v. Chr. ...

Senatores, postquam in curiam convenerunt, Caesarem expectaverunt. Qui curiam petere dubitavit, quod Calpurnia uxor eum verbis vehementibus monuit: „Ea nocte somnium¹ me terruit: Te mortuum² vidi. Mane hic, Caesar, quia saluti tuae timeo³!“

Paulo post Brutus senator ad aedes Caesaris venit eumque rogavit:

„Ubi es, Caesar? Cur in curiam non venis? Senatores te expectant.“

Quamquam Calpurnia maritum tenere studuit,

is denique cum Bruto curiam petivit. Quam dum Caesar intrat,

senatores surrexerunt eumque salutaverunt⁴.

Unus e senatoribus ...

¹somnium *Traum* - ²mortuus, a, um *tot* - ³timere *m. Dat. fürchten um* - ⁴salutare *begrüßen*

III prima lesen

Multa nocte ad Tarquinium Superbum mulier venit eique novem¹

libros ostendit. Tarquinius: „Quis es, mulier? Quid cupis? Te

numquam vidi.“ Mulier autem regi dixit: „Vide libros, quos

mecum porto! Verba, quae in iis libris legis, oracula² deorum

sunt. Libros vendere volo.“ Ubi Tarquinius pretium³ rogavit⁴,

mulier magnam copiam pecuniae postulavit. Tarquinius autem

pecuniam dare noluit: „Pretium, quod postulas, ingens est.

Num me ridere vis?“

¹novem *neun* - ²orâculum *Weissagung* - ³pretium *Preis* - ⁴rogare *m. Akk. fragen nach etwas*

Statim mulier tres¹ libros cepit eosque in ignem² misit. Tum regi

dixit: „Eos tres libros restituere³ non possum, sed nunc tibi sex⁴

libros vendo.“ Quod mulier pro sex libris idem⁵ ingens pretium

postulavit, rex eam risit: „Num fur es, mulier? Solum sex libri

restant, tamen idem pretium postulas. Quod ego crimen voco!“

¹três *drei* - ²ignis *Feuer* - ³restituere *wiederherstellen* - ⁴sex *sechs* - ⁵idem *Akk. n denselben*

Sed mulier non dubitavit iterum¹ tres libros in ignem mittere.

Tum dixit: „Nunc tres libri restant. Tibi licet eos emere, sed idem

pretium postulo.“ Tarquinius diu de verbis mulieris cogitavit;

denique dixit: „Fiducia² tua mihi placet, mulier. Vende mihi eos

libros! Pecuniam, quam cupis, do." Mulier regi libros praebuit; tum ei gratias egit et discessit.

¹iterum *Adv. wiederum* - ²fiducia *Zuversicht*

So kaufte Tarquinius drei Bücher für den Preis von neun Büchern, weil er deren Wert nicht sofort erkannt hatte. Die Frau aber wurde nie mehr wiedergesehen. Viele glaubten, dass es die griechische Seherin Sibylle gewesen sei, die in einer Grotte nahe bei Cumae in Kampanien ein Orakel hatte. Nach ihr wurden die drei Bücher Sibyllinische Bücher genannt; die Römer bewahrten sie sicher in einem Tempel auf, um in Notzeiten Rat über die Zukunft einholen zu können.

17T Aufregung im Hause des Senators

Balbus servus ante aedes Luci Caesi Bassi senatoris stat. Subito Caesia, filia senatoris, ex aedibus excedit. Videt Balbum eumque intro¹ mittit: „Abi intro², serve! Quid ante aedes facis?“ Servus, dum aedes intrat, in via subito clamorem audit. Quid videt? Nonnulli viri, quorum capita velata³ sunt, Caesiam capiunt atque abducunt - filiam domini rapiunt. Protinus Balbus in aedes ruit et clamat: „Adeste! Adeste! Latrones⁴ filiam domini rapere puto!“ Cuncti, qui in aedibus sunt, magno cum clamore in atrium⁵ ruunt. Etiam Lucius Caesius Bassus senator adest: „Quid indicavisti, Balbe? Quis filiam meam rapuit?“

Balbus nuntiat: „Nonnullos viros filiam tuam capere et abducere vidi.“ - „Quin tu Caesiae adfuisti?“

Nunc Chrysalus servus accedit: „Domine, Balbus filiae tuae adesse non potuit⁶. Nam Caesiam eum in aedes misisse audivi.“

Senator magna voce clamat, quod Marcum Fundanium Secundum auctorem sceleris putat: „Nemo nescit Marcum Fundanium mihi semper infestum fuisse et nuper in curia verbis improbis me laesisse. Manifestum est Marcum Fundanium filiam meam rapuisse.“ Uxor senatoris accedit: „Scisne certe Fundanium auctorem esse? Ego Fundanium id scelus commisisse non puto. Suspicionem tuam falsam esse conicio.“ Lucius Caesius Bassus iubet: „Tacete! Quaerite latrones! Interrogate vicinos⁷! Reperite filiam meam! Continete latrones! Puellam eis eripite!“

¹intrō *hinein* - ²abī intrō! *Geh hinein!* - ³velātus, a, um *verhüllt* - ⁴latrō, ōnis *Räuber* - ⁵ātrium *Atrium* - ⁶potuit er konnte - ⁷vīcīnus *Nachbar*

17Z Wer hat die schöne Helena geraubt?

Im Auftrag seines Vaters Priamos machte der trojanische Königssohn Paris eine Gesandtschaftsreise nach Griechenland. Dabei gelangte er auch nach Sparta. Der König von Sparta, Menelaos, war aber nicht anwesend. Seine Gattin, Helena, die damals schönste Frau der Welt, empfing den Gast. Und die Göttin Aphrodite bewirkte, dass sich Helena in Paris verliebte ...

Wir sehen einige Zeit später Menelaos von seiner Reise zurückkehren:

Menelaus: „Servi, ubi est uxor? Quis Helenam vidit?“

Nemo respondet. Denique unus e servis accedit: „Domine, reginam¹ non iam adesse puto.“

Menelaus, quem verba servi excitant: „Quid dixisti, improbe?“

Narra! Quid scis?“

Servus: „Nuper magnum agmen hospitem Spartam² venit. Quorum dux³ fuit Paris⁴, filius regis Troianorum⁵. Uxor tua hospites in aulam⁶ induxit. Nos servi Paridem vestes pulchras gerere et uxori tuae munera dare vidimus. Servae reginam formam⁷ adolescentis laudavisse dixerunt.“

Rex clamat: „Verum non dicis! Iram meam excitas. Ubi nunc est Helena? Vocate reginam!“

Servus: „Valde⁸ doleo, domine. Nemo nescit Paridem uxorem tuam abduxisse. Nonnulli reginam sua sponte⁹ cum filio regis Troianorum ex aedibus tuis excessisse putant.“

Menelaus: „Tace, improbe! Ea dicere non licet. Ad naves! Capite arma! Convocate cunctos reges Graecorum¹⁰! Uxorem liberare debemus.“

¹rêgîna *Königin* - ²Spartam *nach Sparta* - ³dux *Anführer* - ⁴Paris, idis *Paris* - ⁵Trôiânî, ôrum *die Trojaner* - ⁶aula *Palast* - ⁷fôrma *schönes Aussehen* - ⁸valdê *sehr* - ⁹suâ sponte *freiwillig* - ¹⁰Graecî, ôrum *die Griechen*

18T Den Entführern auf der Spur

Die Nachforschungen des Senators Lucius Caesius Bassus in Rom ergeben, dass die Entführer seiner Tochter die Stadt auf der Via Appia in Richtung Capua verlassen haben. Zusammen mit seinem Freund Titus und einem Sklaven macht er sich zu Pferde auf die Verfolgung. Auf dem beschwerlichen Landweg geht es über die Albaner Berge nach Kampanien in die Landstadt Capua. Hier, in den verwinkelten Straßen mit Kneipen und zweifelhaften Unterkünften, endet vorläufig die Spur; nur ein Zufall kann weiterhelfen:

Senator: „Paene cunctis in tabernis fuimus. Sed caupones¹ se filiam meam et latrones² vidisse negaverunt. Ubi sunt latrones? Eos Capuam numquam petivisse existimo.“

Nunc Titus vires amicum deficere sentit et dicit: „Tu es Lucius Caesius Bassus senator! Animo deficere non debes.“

Et Lucius, qui Titum sibi adesse gaudet, dexteram amici capit: „Bene dixisti! Verba tua multum valent. Iam vires crescere sentio.“

Titus: „Caupo, quem paulo ante interrogavimus, contendit plerosque peregrinos³ in id hospitium⁴ convenire, quod prope⁵ forum est.“ Senator: „Veni mecum, Tite! Ad id hospitium accedere volo.“

Ambo per vias angustas oppidi currunt; iterum atque iterum viam ex hominibus quaerunt. Tandem ante eas aedes stant, quas quaesiverunt. Sed Titus: „Eh, non oportet senatorem eam speluncam⁶ intrare.“ Senator: „Equidem sentio filiam

meam hic esse, immo vero certe scio eam hic esse.“
Intrant hospitium et cauponem interrogant. Sed caupo
primo respondere dubitat - postea dicit: „Concedo, domini:
Profecto nonnulli viri hic fuerunt, qui virginem pulchram
secum duxerunt. Unus e viris umerum virginis continuit.
Sed in hospitio meo non iam sunt: Et hospitium et oppidum
heri⁷ reliquerunt. Eos nave Athenas petere audivi.“

¹caupô, ônis *Gastwirt* - ²latrô, ônis *Räuber* - ³peregrînus *Fremder* - ⁴hospitium *Gasthaus* - ⁵prope *m Akk. nahe bei* - ⁶spêlunca *Spelunke* - ⁷herî *gestern*

18Z Herkules und Deianira

Hercules¹, postquam ad Oeneum regem venit et Deianiram, filiam eius, aspexit, eam uxorem habere cupit. Quod Oeneus hospiti libenter² concedit. Tum Hercules ex aedibus Oenei discedit, dum Deianira nuptias³ exspectat. Sed paulo post Eurytion⁴ centaurus Deianiram a rege petit; nam eam in matrimonium ducere⁵ vult. Et pater, qui vim centauri timet, id hospiti improbo concedit. Tum Eurytion fratres convocat et cum iis nuptias parat, dum filia regis dolet et flet.

Hercules autem paulo post sponsam⁶ suam visit⁷ et aedes Oenei intrat: Ibi centauros nuptias parare videt. Statim Eurytionem sagitta⁸ necat. Etiam alios centauros vincit. Denique Deianiram capit eamque abducit.

Herkules heiratet Deianira und führt mit ihr eine glückliche Ehe. - Doch einige Jahre später haben die beiden Ehegatten eine Begegnung mit dem Kentauren Nessus, der nicht vergessen hat, was Herkules seinem Verwandten Eurytion und dessen Brüdern angetan hatte.

¹Herculês, is *Herkules* - ²liberter *gern* - ³nûptiae, ârum *Hochzeit* - ⁴Eurytiôn, ônis *Eurytion* - ⁵in mâtrimonium dũcere *heiraten* - ⁶spõnsa *Braut* - ⁷vĩsere *besuchen* - ⁸sagitta *Pfeil*

19T Auf hoher See

Senator Lucius hat mit seinem Freund Titus in Capua erfahren, dass die beste Möglichkeit zur Überfahrt nach Athen die Schiffsreise von Brundisium aus sei. Dorthin müssen die beiden Freunde aber eine harte und beschwerliche Route über mehrere Tage durch das mittellitalische Gebirge bewältigen, ehe sie endlich im Hafen von Brundisium ein Schiff finden, das sie für eine beträchtliche Summe mitnimmt ... Inzwischen sind zwei Tage vergangen. Und wo befinden sich unsere beiden Freunde? Wir sehen sie unter Deck eines unbekanntes Schiffes. Sie sind gefesselt. Was in der Zwischenzeit passiert ist, erfahren wir aus der Erinnerung des Senators Lucius:

Nox erat obscura. In puppi¹ gubernatorem² solum videbam. Ceteri vectores³ et nautae quiescebant. Neque venti vehementes mare turbabant neque Neptunus vectores magnis undis terreat. Ego in puppi sedebam, gubernatorem observabam. Nos in tuto esse existimabamus et finem

itineris desiderabamus.

Repente unus e nautis clamavit. Navem aliam ostendit, quae magna celeritate per undas volabat: „Defendite navem nostram! Sunt piratae. Qui nos capere cupiunt.“ Quamquam nautae navem nostram e periculo servare studebant, tamen piratae navem ceperunt et nos superaverunt; tum magno cum clamore pecuniam nostram rapuerunt.

Etiam me amicumque meum scelerati in navem suam traxerunt nosque in alveum⁴ obscurum duxerunt. Intus iam alios captivos esse animadvertimus.

Subito vocem audivi: „Pater! Esne hic?“ Pariter unam e captivis surgere et ad me accedere vidi. Iam Titus clamavit: „Est filia tua, quam diu quaesivimus!“ Tum ego: „Quotiens desperavi! Nam latrones⁵ te rapuisse conieci. Nunc te repperi. At piratae te ceperunt, nunc etiam me. O nos miseros!“

¹puppis, is *Achterdeck (Plattform am Ende eines Schiffes, wo sich das Steuerruder befand)* - ²gubernator, ôris *Steuermann* - ³vector, ôris *Reisender* - ⁴alveus (*Schiffs-)Bauch* - ⁵latrô, ônis *Räuber*

19Z Ein unverhofftes Wiedersehen

Senator Lucius spricht im Schiffsbauch mit seiner Tochter:

Lucius: Deis gratias ago. Nam me ad filiam duxerunt.

Caesia: O pater, te oro: Ignosce mihi! Te fefelli, quamquam te fallere non cupivi.

Lucius: Quid dicis? Esne insana?

Caesia: Neque latrones me rapuerunt neque inimici tui. Immo vero mea sponte cum amico meo Roma fugi. Nam te timebamus.

Lucius: Mene fugisti? Non intellego. Sed quis amicus tuus est?

Caesia: Iam dudum amo Publium Fundanium Secundum; qui me quoque amat. Sed obstatis vos patres, tu et pater Publi. Itaque dolum adhibuimus: Latrones me rapuisse simulavimus.

Quo modo patres nostros fallere studuimus.

Postea in Graecia vivere cupiebamus.

Lucius: Sed ubi est amicus tuus?

Caesia: Nescio. Piratae navem nostram ceperunt. Publius autem piratas fugit et in undas desiluit. Fortasse mortuus est.

20T Ein glückliches Ende?

Das Piratenschiff ist auf dem Weg zu seinem Versteck irgendwo an der zerklüfteten illyrischen Küste. Da meldet der Beobachter im Mastkorb mit einem Entsetzenschrei:

„Adite! Adeste! Video naves Romanas adire. Periculum nobis instare puto.“ Et omnes piratae ad puppim¹ ruunt. Quid vident? Profecto naves celeres classis Romanae adeunt et piratis instant; eorum navem cingunt. Dum scelerati clamant: „Nunc periimus!“, milites fortes Romanorum iam in navem piratarum transeunt. Nonnullos piratas in undas eiciunt, ceteros necant. Unus e militibus: „Inite in alveum²! Sumite praedam et liberate captivos!“ Postea captivi piratarum ad Pompeium, qui classem Romanam regit, eunt: „Salve, Pompei! Tu nos e periculo eripuisti.“ Pompeius respondet: „Non facile erat piratas superare. Sed is vir nobilis, quem hic videtis, nobis adfuit: Publius Fundanius Secundus.“ Protinus Caesia Publium adit et clamat: „Publi, quomodo³ ad classem Romanam venisti? Ego te in undis perisse putavi, postquam piratas fugisti et de nave desiluisti⁴.“ Publius Fundanius: „Fortuna fortibus adest. Audi!“ Et de calamitate narrat ...

¹puppis, is *Achterdeck* - ²alveus (*Schiffs-*)*Bauch* - ³quomodo *wie* - ⁴désilire (*Perf. désiluī*) *hinabspringen*

Publius erzählt, dass der Piratenüberfall in Sichtweite der Küste stattgefunden habe, sodass er sich - den Göttern sei Dank - an Land habe retten können; mit Hilfe mitleidiger Küstenbewohner sei er einen Tag später zur Flotte des Pompejus gelangt, die - welcher ein Zufall - in der Nähe vor Anker gelegen habe. Pompejus sei über seinen Hinweis, in welche Richtung die Piraten gefahren seien, sehr erfreut gewesen und habe tags darauf mit mehreren Schiffen die Verfolgung aufgenommen.

Tum Lucius Caesius Bassus clamat: „Adulescens, tu filiaque mea me fefellistis; sed Pompeius, imperator nobilis, auxilio deorum et virtute sua nos omnes liberavit. Quamquam es filius Marci Fundani Secundi, inimici mei, tamen tibi gratus sum. Te adolescentem probum puto; nam ceteris virtute praestitisti, Caesiam numquam deseruisti. Manifestum est te filiam meam amare.“

20Z Herkules besiegt den Riesen Kakus

Herkules (lat. Herculês, Herculis) ist berühmt geworden durch die zwölf „Arbeiten“, die er verrichten musste. Unter anderem hat er in Spanien auch Geryon, einen gewalttätigen Riesen mit drei Oberkörpern, im Kampf besiegt. Als Siegesbeute nahm Herkules dessen große Rinderherde mit und trieb diese auf einem beschwerlichen Landweg über Südfrankreich bis nach Italien.

Hercules postquam Alpes transiit, eo loco¹, ubi postea Romulus urbem Romam condidit², constitit et quie-

vit. Ibi Cacus vivebat, quierat latro³
sceleratus. Dum Hercules quiescit,
Cacus ad eum adiit et nonnullos
boves⁴ Herculis in speluncam⁵
suam duxit.

Boves autem retro⁶ ibant, quia
Cacus eos caudis⁷ traxit. Ibi
se tutum esse putabat. Postridie⁸
Hercules boves quaesivit. Primo
boves reperire non poterat⁹,
quia vestigia¹⁰ boum
non intellegebat¹¹.

Subito autem voces
boum audivit.

Nunc difficile¹² non erat in
speluncam inire et latronem vi
superare. Homines, qui in ea
regione¹³ vivebant, postquam
Cacum perisse audiverunt,
convenerunt et virum fortem
laudaverunt. Tum Hercules
boves secum duxit et in
Graeciam rediit¹⁴.

¹locus *Ort* - ²condere (*Perf.* condidī) *gründen* - ³latrō, ōnis *Räuber* - ⁴bovēs, boum *m Rinder* - ⁵spēlunca *Höhle* - ⁶retrō *rückwärts* - ⁷cauda *Schwanz* - ⁸postrīdiē *einen Tag später* - ⁹poterat *er konnte* - ¹⁰vestigium *Spur* - ¹¹intelligere *verstehen* - ¹²difficilis, e *schwierig* - ¹³regiō, ōnis *Gegend* - ¹⁴redire *zurückgehen*

IV prima lesen

Die folgenden Fabeltexte sind nach den Originalen des römischen Dichters Phädrus erzählt. Dabei fehlt jeweils die mit den Fabeln verbundene Lebensweisheit oder Moral. Formuliert sie auf Deutsch und versucht sie dann ins Lateinische zu übersetzen.

Ad aquam rana¹ bovem² aspexit. „Ego magna non sum; sed ingens corpus bovis habere cupio.“ Tum rana aere³ se complevit et filium ad se vocavit. „Responde, mi fili⁴: Egone corpus bovis habeo?“ Quod filius negavit. Protinus rana iterum aere se complevit. „Nonne mihi nunc corpus bovis est?“ Rana, quia verbis filii contenta non fuit, summis viribus se inflat⁵. Repente autem copia aeris eam rupit⁶.

¹rāna *Frosch* - ²bōs, bovis *m Ochse* - ³âēr, âeris *m Luft* - ⁴mī filī *Vok. mein Sohn* - ⁵inflāre *aufblasen* - ⁶rumpere (*Perf.* rūpit) *zerreißen*

In vinea¹ alta multae uvae² bonae haerent³. Quas vulpes⁴
summis viribus capere studet, sed frustra.
Vulpes: „Uvae bonae non sunt, eas sumere nolo.“
Tum vulpes discedit.

¹vīnea *Weinberg* - ²ūva *Weintraube* - ³haerēre *hängen* - ⁴vulpēs, is *f Fuchs*

Duo muli¹ per vias angustas in montem ibant: Unus pecuniam portabat. Comes autem hordeum² portabat; quod ingens onus³ erat. Subito homines scelerati eum mulum, qui pecuniam portabat, petiverunt et paene necaverunt. Comes primo vulnera⁴ amici spectavit et curavit. Deinde dixit: „Gratus sum et gaudeo, quod non pecuniam, sed hordeum porto; nam neque onus amisi neque corpus mihi dolet.“

¹mûlus *Maultier* - ²hordeum *Gerste* - ³onus, oneris *n Last* - ⁴vulnus, vulneris *n Wunde*

21T Äneas, Vater der Römer

Jupiter schickt Merkur nach Karthago, um Äneas zum Aufbruch zu mahnen.

Mercurius Aeneam vidit gerere pulchram vestem Punicam, quam Dido ei libenter donaverat. Itaque nuntius Iovis stupuit¹, deinde ad Aeneam celeriter accessit: „Audi, Aeneas! Iuppiter me misit, te monet: Quid hic facis? Cur eo loco te tam improbe geris? Cogita de fato tuo! Hic iucunde vivere tibi non licet. Relinque Carthaginem, nam Italiam petere debes. Posteris tuis illic novam patriam para!“

Verba Mercuri Aeneam vehementer terruerunt. Itaque vir pius, qui imperio Iovis semper paruerat, consilium cepit fugam petere et regiones Punicas relinquere. Statim comites ad litus vocavit, eos classem et arma parare iussit.

At Dido, quae consilia Aeneae iam animadverterat, eum verbis flectere temptavit et dixit: „Cur me tam turpiter fallis? Cur fugere properas, cur tam crudelis es? Nunc dolum tuum perspexi!“ Postquam Dido diu tacuit, tristi voce adiecit: „Tibi nimis credidi, nam te amavi.“

Aeneas autem, quem Mercurius de fato monuerat, graviter gemit²: „Numquam tibi conubium³ promisi. Cogita deos vitam meam regere! Iuppiter, pater deorum hominumque, me novam patriam quaerere iussit. Etiam Troiam non mea sponte reliqui. Anchises pater in somno me in Italiam ire monuit. Desine me teque querelis⁴ tuis vexare⁵: Italiam non mea sponte peto.“

¹stupêre (*Perf.* stupuî) *erstaunt sein* - ²gemere (*Perf.* genuî) *seufzen* - ³cônûbium *Ehe, Heirat* - ⁴querêla *Klage* - ⁵vexâre *quâlen*

21Z Das hölzerne Pferd

Nach fast zehn Jahren Krieg sind die Griechen eines Morgens von der Küste Trojas verschwunden. Die Trojaner meinen, dass die Feinde endlich die Belagerung Trojas aufgegeben und mit ihren Schiffen die Küste verlassen haben. Sie gehen aus ihrer Stadt und entdecken am Strand das hölzerne Pferd. Eifrig beraten sie, was mit die-

sem zu geschehen habe. „Ins Meer stürzen!“, sagen die einen. „Verbrennen!“, schreien die anderen, wieder andere wollen das Pferd den Göttern weihen.

Postquam Troiani¹ diu de equo ligneo² consuluerunt, eum in urbem ducere ibique collocare³ decreverunt. Putaverunt enim Graecos⁴ equum deis reliquisse. Laocoon⁵ solus, sacerdos⁶ Neptuni, dolum Graecorum perspexit. Ex urbe ad litus cucurrit et magna voce clamavit: „Discedite! Fugite! Quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentes.“

Was auch immer es ist, ich fürchte die Griechen, auch wenn sie Geschenke bringen.

Vix⁷ verba dixerat, cum gemini angues⁸ ad litus celeriter pervenerunt, Laocoontem eiusque filios petiverunt, eos crudeliter necaverunt. Troiani Laocoontem pro verbis suis poenam miseram solvisse⁹ putaverunt. Tum magno cum gaudio equum in urbem duxerunt.

¹Tōiānī, Trōiānōrum *die Trojaner* - ²līgneus, a, um *hölzern* - ³collocāre *aufstellen* - ⁴Graecī, Graecōrum *die Griechen* - ⁵Lāocoōn, Lāocoōntis *Laokoon* - ⁶sacerdōs *Priester* - ⁷vix *kaum* - ⁸geminī anguēs *zwei Schlangen* - ⁹poenam solvere (*Perf.* solvī) *eine Strafe erleiden*

22T Ein Götterspruch aus Delphi

Nach der vernichtenden Niederlage der Römer gegen Hannibal bei Kannä im Jahre 216 v. Chr. (vgl. 13 T) gerieten die Römer in Panik. Sie konnten sich die Katastrophe nur damit erklären, dass sich die Götter von Rom abgewandt hätten. Verschiedene Ereignisse des vorangegangenen Jahres wurden nun im Nachhinein als böse Vorzeichen gedeutet; wenn man nur aufmerksamer gewesen wäre, hätte man gewarnt sein müssen - so glaubte man. Der Senat beauftragte einige Männer, die verschiedenen Prophezeiungen auszuwerten. Ja sogar vom berühmten griechischen Orakel des Apollo in Delphi erwartete man einen Ratschlag in dieser schlimmen Situation:

Senatores Quintum Fabium Pictorem cum legatione Delphos misisse scimus. Qui postquam templum intravit, intus sacerdotibus interrogavit: „Quomodo¹ deos placabimus²? Quando dei tandem calamitatum finem facient?“ Et Pythia sortem dedit. Sed legati Romanorum voces Pythiae non intellexerunt.

Daraufhin deuteten die Priester des Apollotempels die Worte der Pythia: Sie nannten dem Abgesandten verschiedene Götter und Göttinnen, denen die Römer einen

Bußgottesdienst halten und Geschenke darbringen sollten. Der Tempelvorsteher befahl ihm, mit einem Lorbeerkranz geschmückt nach Rom zurückzufahren und diesen Kranz auf dem Altar des Apollotempels in Rom niederzulegen. Quintus Fabius versprach dies zu tun und opferte noch in Delphi den genannten Göttern, um diese günstig zu stimmen.

Tum Quintus Romam rediit et senatoribus in curia nuntiavit:
„Vobis, Romani, dicam ea, quae sacerdotes responderunt:
Deos placate suppliciis ac sacris! Si enim dei nobis aderunt,
tuti erimus, immo vero civitas Romana multum valebit
et Poenos superabit; victoria populo Romano erit. Ita
civitatem Romanam servabimus. Tum vos, Romani, Pythio
Apollini e praeda donum mittere debetis. Tamen superbiam
a vobis prohibete! Aliter dei vos deserent. Quae dixit Pythia,
ut sacerdotes Apollinis confirmaverunt. Ego autem ex
oraculo exii et statim omnibus deis, quos sacerdotes
dixerant, sacrum feci. Unus e sacerdotibus antea caput
meum corona³ ornaverat. Quam coronam nunc in nostrum
templum Apollinis portabo eiusque in ara deponam.“
Senatores statuerunt: „Nos omnia sacra statim magna
cum cura faciemus.“

¹quōmodo *wie?* - ²plācāre *beschwichtigen* - ³corōna *Kranz*

23Z König Krösus missversteht ein Orakel

Croesus, rex Lydorum¹, se esse beatissimum² omnium hominum putabat. Nam multas et magnas regiones vicerat. Tamen Solon philosophus³, qui aliquando⁴ hospes Croesi fuerat, regi dixerat: „Nemo ante mortem beatus⁵ est.“

Das wiederum hatte Krösus, der über sagenhaft großen Reichtum verfügte, dem Gast nicht glauben wollen. Vielmehr vergrößerte er durch weitere Eroberungen seine Macht.

Croesus ne Persarum⁶ quidem⁷ vires timebat, qui erant Lydorum propinqui: „Persas vincam. Antea autem legatos Delphos petere et Pythiam adire iubebo.“

Et Pythia respondit: „Si Halyn fluvium⁸ transibis, magnum regnum delebis⁹.“ Croesus iis verbis gaudebat; nam cogitabat: „Si Halyn transibo, Persas vincam.“

Itaque milites convocavit et cum iis Halyn fluvium transiit et proelium cum Persis iniit. Sed Persae copias Lydorum celeriter superaverunt. Croesum captivum ad Cyrum, regem Persarum, duxerunt. Cyrus milites suos Croesum flammis¹⁰ dare iussit.

Tum Croesus verba
Pythiae intellexit:
Regnum suum
deleverat, postquam
Halyn fluvium
transiit. Et

fortunam suam
doluit, quia
cognovit: Nemo
ante mortem
beatus est.

¹Lydī, ōrum *die Lydier* - ²beātissimus *der glücklichste* - ³philosophus: *vgl. Fw.* - ⁴aliquandō *einmal* - ⁵beātus *glücklich* - ⁶Persae, Persārum *m die Perser* - ⁷nē ... quidem *nicht einmal* - ⁸Halys (Akk. Halyn) fluvius *Fluss Halys (kleinasiatischer Grenzfluss zwischen Lydien und Persien)* - ⁹dēlère (Perf. dēlēvī) *vernichten* - ¹⁰flamma: *vgl. Fw.* flammīs dare: *vgl. dazu das Vasenbild*

23T Keine Angst vor Gespenstern

Gerade in der römischen Kaiserzeit, in der der überlieferte Glaube an die Götter immer mehr in den Hintergrund trat, kamen im Alltagsleben überall abergläubische Vorstellungen auf. Auch gebildete Menschen aus der Oberschicht waren nicht frei davon. So wurden z. B. fantastische Gespenstergeschichten kritiklos verbreitet, wie uns der Brief des Schriftstellers Gaius Plinius an seinen Freund Sura (Anfang 2. Jh. n. Chr.) zeigt:

C. Plinius Surae suo salutem dicit.

Te interrogo: Tunc monstra esse putas? Equidem iterum atque iterum fabulis miris commoveor et terreo. Etiamne tu talibus fabulis permoveris et timore¹ caperis?

Incredibile est, quod nunc narrabo: Antiquis temporibus erant Athenis aedes amplae, sed infames². Nam tempore nocturno ibi sonus³ ferri et vinculorum audiebatur.

Mox etiam senex ignotus videbatur, qui vincula gerebat. Omnes, qui iis in aedibus vivebant, noctes terribiles⁴ esse contendebant. Nam a monstro e somno excitabantur.

Iterum atque iterum ii, qui hic vivebant, aedes relinquebant. Quondam venit Athenas Athenodorus philosophus. Cui omnia narrantur, sed: „Neque perturbor neque perterreo“, inquit, „immo vero vos a monstro liberabimini.“ Et aedes conducit.

lubet nocte se solum in aedibus relinqui. Etiam servi dimittuntur. Primo erat silentium; deinde ferrum et vincula moveri audit. Tum videt monstrum. Quod e tenebris procedit et signa dat. Athenodorus a sene ignoto in peristylum⁵ ducitur, ubi monstrum subito abest.

Postridie⁶ philosophus effodi⁷ eum locum iussit, ubi monstrum abierat. Ibi ossa⁸ et vincula inveniebantur.

Postquam ossa rite sepeliri⁹ sivit, aedes a monstro liberae erant.

Equidem credo iis, a quibus tales fabulae confirmantur.

Vale!

¹timor, ōris *Furcht* - ²infāmis, e *berüchtigt* - ³sonus *Geräusch* - ⁴terribilis, e *schrecklich* - ⁵peristylum *Innenhof* - ⁶postrīdiē *am nächsten Tag* - ⁷effodere *aufgraben* - ⁸os, ossis *n Knochen* - ⁹rite sepelīre *ordnungsgemäß bestatten*

23Z Der Feind soll verflucht sein!

Obwohl die Römer schon geglaubt hatten, dass ihre Herrschaft in Mittelitalien gefestigt sei, kam es im Jahr 340 v. Chr. zu einem Krieg gegen die Stämme der Latiner. Wieder einmal stand alles auf dem Spiel. Die beiden Konsuln Decius Mus und Titus Manlius zogen in die Schlacht. Vorher opferten die beiden römischen Feldherrn den Göttern, wie es üblich war. Doch offensichtlich reichte das nicht aus:

Nam uterque¹ consul nocte in somno vidit virum, qui dixit: „Ex altero² populo deis debentur milites, ex altero debetur imperator. Unius populi imperator et se et legiones hostium deis devovebit³; cuius populo erit victoria.“

Da die Opferschauer, die aus den Eingeweiden der geschlachteten Tiere die Zukunft deuteten, die Träume der Konsuln bestätigten, verabredeten die beiden Konsuln, dass derjenige mit seinem Opfertod die Götter umstimmen sollte, dessen Legionen vor dem Feind weichen würden.

Et Latini⁴ et Romani proelium inierunt. Diu Latini a militibus Romanis prohibebantur. Tum autem legiones Decii fugere coeperunt⁵. Decius Romanos nunc perire et ab Latinis vinci intellexit. De somnio⁶ cogitavit et magna voce clamavit: „Ianus⁷, Iuppiter, Mars pater, Quirine⁸, Bellona⁹, Lares, vos adeo: Date populo Romano vim victoriamque et exstinguite¹⁰ hostes! Quibus verbis me atque legiones hostium deis devoveo.“
Decius statim hostes petivit. Denique Decius necatur, hostes autem a militibus Romanis vincuntur.

¹uterque *jeder von beiden* - ²alter - alter *der eine - der andere* - ³dévovère *weihen* - ⁴Latīnī *die Latiner* - ⁵coepērunt *sie begannen* - ⁶somnium *Traum* - ⁷Iānus: *Gott des Ein- und Ausgangs* - ⁸Quirīnus: *Name des zum Gott erhobenen Romulus* - ⁹Bellōna: *Kriegsgöttin, Schwester des Mars* - ¹⁰exstinguere *vernichten*

24T Ein Opfer für Mars

Wir befinden uns im Jahre 184 v. Chr., als Marcus Porcius Cato zusammen mit Lucius Valerius Flaccus Zensor war.

Paulatim in Campum Martium conveniebant homines, qui a Marco Porcio et Lucio Valerio convocati erant. A quibus per duos annos cives censi erant. Cives censi agmine longo a censoribus instructi sunt. Tum cives in Campum Martium convocati lustrationem¹ exspectabant. Denique Marcus Porcius cum collega² palam agmen instructum lustravit³: Processit cum lictoribus; hostiae⁴ actae sunt a compluribus viris, qui antea propter nomina delecti erant: Felix, Fortunatus, Prosper⁵. A quibus viris lectis hostiae, quarum capita ornata erant, ter⁶ circum multitudinem civium ductae sunt. Deinde censores aram Martis in Campo Martio positam adierunt.

Ibi a sacerdotibus sanguis hostiarum interfectarum exceptus est earumque exta⁷ probata sunt. Tum Marcus Porcius Cato magna voce oravit:

„Mars, supplices te adimus! Audi supplicia nostra! Tibi salutem publicam mandamus. Serva tu, sacro nostro motus, populum Romanum et auge eius gloriam! Officia tibi debita a nobis semper summa cum religione servata sunt. Respice preces nostras! Tibi grati erimus. Et iterum tibi lustratio erit.“

¹lûstratiô, ônis *Opferzeremonie* - ²collêga *m Amtskollege* - ³lûstrâre *mustern, reinigen* - ⁴hostia *Opfertier* - ⁵Fêlix, Fortûnâtus, Prosper: *alle drei Namen bedeuten „glücklich, beglückt, gesegnet“* - ⁶ter *dreimal* - ⁷exta, ôrum *Eingeweide*

24Z Prometheus hilft den Menschen

Prometheus vom alten Göttergeschlecht der Titanen hatte die Menschen erschaffen; dies ärgerte die olympischen Götter, weil sie von den Menschen nicht beachtet wurden:

Dei decreverunt: „Homines peribunt. Eos interficiemus.“ Itaque Prometheus deos adiit et cum iis de officiis hominum et de religione consuluit; denique promisit: „Dei ab hominibus colentur. Homines in aris deis sacra facient. Et dei ab hominibus culti eos servabunt iisque aderunt.“ Quod a deis probatum est. Prometheus autem superbia commotus deos fefellit: Magnum taurum¹ necavit. Dimidium² tauri necati deis promisit.

Prometheus hatte aber nach der Zerstückelung des Tieres zwei Haufen aufgeschichtet: Auf die eine Seite legte er die guten Fleischstücke und bedeckte sie mit dem unappetitlichen Magen, auf die andere Seite legte er die kahlen Knochen, die er sorgfältig mit den üppigen und auf den ersten Blick einladenden Fettschichten bedeckte. Jupiter, der allwissende Göttervater, durchschaute sehr wohl diesen Betrug. Trotzdem ging er auf Prometheus' List ein und wählte im Namen der Götter den Teil, der mit Fett bedeckt war; das bedeutete aber für künftige Opfer, dass die Götter jedes Mal Fett und Knochen, also die ungenießbaren Teile eines Opfertieres, erhalten sollten, dass aber die Menschen beim Opfermahl zu Ehren der Götter die Fleischstücke und Innereien verzehren durften.

Iuppiter autem fraudem³ Promethei vindicare⁴ voluit. Itaque Prometheo dixit: „Nos ab hominibus colemur. Homines nobis sacra facient. Sed propter superbiam tuam homines ignem⁵ non habebunt. Homines ignem habere non sinam.“ Prometheus ea verba Iovis probavit. Tum autem clam⁶ solem⁷ adiit; a sole ignem cepit et hominibus dedit. Tum homines igne a Prometheo donati multum valebant: Igne confirmati bestiis imperabant. Sed Iuppiter ira commotus Prometheum in monte Caucaso⁸ in vinculis esse iussit.

Lange Zeit musste der gefesselte Prometheus grausame Qualen ertragen; denn täglich flog ein Adler, der Vogel Jupiters, herbei und fraß von seiner Leber; und Tag für Tag wuchs die Leber wieder nach. Erst Herkules befreite Prometheus von seinen Qualen.

¹taurus *Stier* - ²dīmidium *Hälfte* - ³fraus, fraudis *Betrug* - ⁴vindicāre *rächen, bestrafen* - ⁵īgnis, is *Feuer* - ⁶clam *heimlich* - ⁷sōl, sōlis *Sonne* - ⁸mōns Caucasus *Kaukasusgebirge*

25T Der Triumph des Paullus

Omnes cives illuc conveniunt, ubi praeclarum spectaculum videre possunt¹. Imprimis in foro magna est turba hominum, qui et victorem ducem et regem captum spectare volunt.

Nimio gaudio permotus unus e turba: „Mox venient et ad Capitolium ibunt.“ Ad haec alius dicit: „Cur non in foro triumphi finem facient?“

Cui ille respondet: „Deis quoque, non solum mortalibus debetur triumphus. Nam hos bella gerere, illos autem victoriam dare credimus. Haec iam maiores nostri intellexerunt. Itaque Paullus, postquam illud bellum confectum est, in Capitolio deis gratias populi Romani aget.“
Iam incedunt hostiae² a sacerdotibus ductae. Tum homines, qui triumphum spectant, valde³ delectantur: Praeda hostium victorum ostenditur. Clamant: „Ecce, haec signa aurea et marmorea⁴, illa arma ex aere facta, illae tabulae pictae⁵, illae vestes regiae. Spectate et haec et illa! Tanta pecunia, tantum argentum, tantum aurum, tantum aes!“

Deinde rex captus ante victorem ducitur. Hic auro purpuraque⁶ fulget⁷, ille in vinculis it. Huius dignitas a duobus filiis augetur, qui post patrem eunt; illius miseriam augent filii simul cum patre capti. Tum transit agmen longum equitum et legionum, dum turba clamat: „Io triumphe⁸!“

¹possunt - *sie können* - ²hostia *Opfertier* - valdē *sehr* - ⁴marmoreus *marmorn* - ⁵pictus *bemalt* - ⁶purpura *Purpur* - ⁷fulgēre *glänzen* - ⁸Io triumphe! *Hurra, Triumph!*

25Z Cäsar - ein Gott?

Merkwürdig kommt es uns vor, dass einige bedeutende Römer „vergöttlicht“ wurden; man glaubte also, dass sie unter die Götter aufgenommen worden seien. Von Cäsar wird nach seiner Ermordung Folgendes berichtet:

Primo Brutus et Cassius, postquam cum amicis interfecerunt, corpus dictatoris¹ in Tiberim mittere volebant. Tum autem Antonius et Piso, amici Caesaris, eos prohibuerunt et Caesarem publico funere efferrī² iusserunt. Quod senatores probaverunt; timebant enim iram populi, qui

dictatorem amaverat eiusque mortem dolebat. Immo vero senatores Caesarem ut deum coli decreverunt.

Hoc Antonius consul statim populo indicavit; multi enim cives, qui in forum convenerant, funus³ spectare studebant. Antonius e Caesaris testamento⁴, quod ille paulo ante fecerat, recitavit⁵. Ita cives valde⁶ moti sunt; nam Caesar omnes cives post mortem suam trecentis sestertiis⁷ donari iusserat. Postquam Antonius togam cruentam⁸ de corpore Caesaris movit, populus ad tribunal⁹ contendit et dictatoris corpus flammis¹⁰ dedit.

Alii mensas e tabernis mercatorum rapiebant et in flammam eiciebant, alii argentum et aurum.

Denique multi cives ira commoti illos viros, qui Caesarem interfecerant, in viis necare studebant; sed Brutus eiusque comites iam Roma¹¹ fugerant.

Et ecce, per septem¹² noctes cometes¹³ visus est. Ita omnes Caesarem a deis in caelum acceptum¹⁴ esse putabant.

¹dictator, ôris *Diktator* - ²fûnere efferrî *zu Grabe getragen werden* - ³fûnus *n Leichenbegrâbnis* ⁴testamentum: *vgl. Fw.* - ⁵recitâre *vortragen* - ⁶valdê *sehr* - ⁷trecentî sestertiî *300 Sesterzen (Silbermünzen)* - ⁸cruentus *blutig* - ⁹tribûnal *n Podium* - ¹⁰flamma: *vgl. Fw.* - ¹¹Rômâ *aus Rom* ¹²septem *sieben* - ¹³comêtês *m: vgl. Fw.* - ¹⁴in caelum acceptus *in den Himmel ausgenommen*

26T Der Mythos von Narziss und Echo

Die Nymphe Echo war von Juno für ihre Geschwätzigkeit damit bestraft worden, dass sie immer nur die letzten Worte von dem wiederholen durfte, was vorher jemand gesagt hatte. In Echos Umgebung lebte Narziss, ein junger Mann, wunderschön, aber auch so stolz und unnahbar, dass er sich keinem anderen Menschen zuwenden wollte.

Quondam Echo, quae in silva vivebat, aspexit Narcissum bestias capientem. Ubi inter arbores vidit hunc iuvenem pulchrum, amore accensa est. Per silvam et agros vestigia eius petens ab eo magis magisque amari cupiebat.

Sed cum eum appellare vult, natura hoc vetat.

Tum demum Narcissus eam audit adeuntem, sed non videt.

Itaque interrogat: „Quis adest?“ - „Adest!“ respondet Echo.

Narcissus verbum auribus accipit et puellam verbum

repetentem quaerit. Sed nihil videns: „Cur“, inquit, „me fugis?“ - „Me fugis!“ illa repetit.

Hic autem territus magna voce clamat: „Huc veni!“ Et illa amore ardens vocat vocantem.

Rursus Narcissus: „Te videre volo!“ - Et Echo: „Volo!“

Nunc puella iuveni pulchro occurrit.

Sed ille fugit fugiensque clamat: „Veto corpus meum a te tangi!“

Ita Echo a Narcisso fugiente repulsa est et in silvam se recepit. Hinc sola vivebat in antro¹. Amor tamen manebat - dolor crescebat. Tandem membra amantis solvuntur; manet vox.

¹antrum *Höhle*

26Z Phaëthon: Hochmut kommt vor dem Fall

Hier eine weitere Geschichte aus dem Schatz der griechischen Mythen - überlege dir bei der Übersetzung, in welchen Fällen diese Begebenheit wohl erzählt wurde! Vielleicht kannst du dir ja auch Situationen in deinem eigenen Leben vorstellen, auf die genau diese Geschichte gut passen würde ...

Phaethon iuvenis semper verba superba faciebat confirmans se filium Solis¹ dei esse. Quia amici ridentes id non credebant, Phaethon ad aedes regias Solis contendit. Aedes auro argentoque factas intravit et patri veste aurea ornato dixit: „Audi preces meas, pater! Ostende et mihi et amicis verba turpia facientibus te patrem meum verum esse.“ Sol respondit: „Tu es filius meus; dabo tibi omnia, quae petis.“ Et Phaethon cupivit currum² patris. Ille autem verbis filii territus respondit: „Ingens est, quod petis, Phaethon! Quid putas? Homo es, non deus. Currus ignifer³ a me tantum regitur; via nimis periculosa⁴ est et vires te deficient. Desine id petere, filii!“ Sed Phaethon non desiit - et tandem Sol puero vehementer roganti paruit. Denique Phaethon currum patris regens periit - et terra⁵ sole accensa paene exusta⁶ est.

¹Sōl, Sōlis *Sol (der Sonnengott)* - ²currus *Wagen* - ³ignifer *Feuer-, feurig* - ⁴periculōsus: *Adj. zu periculum* - ⁵terra *Erde* - ⁶exūrere (-ūssī, -ūstum) *verbrennen*

27T Penelope vermisst Odysseus

Während Penelope sehnsüchtig auf ihren Mann Odysseus wartet, hat sie vielleicht eines Nachts weinend und voller Verzweiflung einen solchen Brief geschrieben:

Penelopa Ulixi suo salutem dicit.
Si tu vales, bene est. Ego ipsa non valeo. Hanc epistulam Penelopa tua amore mota tibi non redeunti mittit, Ulixes. Heu me miseram!¹ A te - familiam tuam certe desiderante - nullam accepi epistulam, nullum solacium. Sed opus non est te mihi respondere: Ipse veni!
Ego deserta in lecto iaceo; longas et perpetuas vigilias vix sustineo. Animus meus timore agitur: Nam postquam Troia perdita est, nonnullos comites tuos in patriam redisse vidi - sed te ipsum sub tecto nostro non video. Aliae uxores contentae sunt, sed uxor ducis ipsius sola est. Ita me de vita tua metuentem tristes curae conficiunt. Sine te nihil mihi contingit, nihil me delectat. Ubi tu nunc labores periculaque suscipis? Cur non redis? Domum rediens amorem tuum ostende! Non ignoras: Tua sum. Penelopa coniunx Ulixis semper erit et numquam alii viro nubet. Equidem tibi redeunti amorem meum ostendam!
Nunc turba virorum locum tuum cupientium me premit;

non iam sustineo illos, quos tu - absens² ipse - opibus tuis alis. Magna est audacia illorum virorum bona tua consumentium. Mihi ipsi vires non sunt in illos inimicos vehementer consulere. Tu es arx et ara mihi - domum veni!

¹Heu mē miseram! *Ach, ich Unglückliche!* - ²absēns *abwesend*

27Z Plinius an Calpurnia: Sehnsucht tut weh

Der berühmte römische Schriftsteller Plinius, den du bereits aus 23T kennst, war einmal wegen einer Reise von seiner geliebten Ehefrau Calpurnia getrennt. Im Unterschied zu der Situation, in der sich Odysseus und Penelope befanden, kamen die Briefe seiner Frau tatsächlich bei Plinius an; das erleichterte ihm die Trennung sehr. Und Calpurnia fand während der Abwesenheit ihres Mannes einen besonderen Trost, wie wir aus einem Brief des Plinius wissen:

C. Plinius Calpurniae suae salutem dicit.
Scripsisti¹ te absentia² mea tristem esse, sed tibi unum solacium esse:
Pro me libros meos tenes, quos scripsi tibi reliqui.
Laudo, quod me absentem³ desideras, laudo, quod his ipsis libris solacium invenis!
Sed - vix credes: Quotiens tu ipsa marito absenti magnum solacium das!
Epistulas enim tuas accepi neque eas legere desino.
Te verba pulchra scribentem etiam magis desidero.
Cuius enim verba scripta tam pulchra sunt, huius verba dicta tantum amoris habent!
Tu tamen multas epistulas scribe - nam hae pariter me delectabunt et dolebunt.
Vale!

¹scrībere (scrīpsī, scrīptum) *schreiben* - ²absentia: *Subst. zu abesse* - ³absēns *abwesend*

28T Was steckt hinter den Naturgewalten ?

Das gebirgige griechische Festland und die vielen griechischen Inseln liegen in einer Region, die häufig von See- und Erdbeben heimgesucht wurde. Im Jahre 372 v. Chr. wurde die griechische Stadt Helike an der Küste des korinthischen Golfes völlig zerstört und versank in den Fluten des Meeres:

Ad Helicem¹, oppidum Graeciae, erat templum Neptuni sacrum; quem deum homines dominum oceani² appellabant et - potentiam eius timentes - colebant. Eundem deum alio nomine Ennosigaeon³ nominabant. Aliquando⁴ complures homines Ionii⁵ in hoc templo Neptunum colere voluerunt. Sed senatus huius oppidi eos e templo pepulit. Et eodem anno totum oppidum ingenti motu terrae et fluctibus maris periit.

Wie haben die Menschen dieses Erdbeben erlebt?

Praecesserat⁶ diu tremor⁷ terrae. Quare iidem magistratus, qui antea homines Ionios e templo pepulerant, - sceleris memores - nunc iram Neptuni timebant. Metu dei commoti ex oppido excedere civibus persuadebant.

Tamen multi cives - consilium magistratum neglegentes - intra domos et moenia oppidi manebant.

At illa nocte tremor terrae crevit: Homines e somno territi non solum moveri omnia, sed etiam verti et frangi credunt.

Domos motu terrae cadentes fugiunt, animum demittunt, manus ad caelum tendunt. Omnia luctus plena sunt.

Audiuntur undique clamores: Alii parentes, alii liberos, alii coniuges vocant. Omnes eodem metu mortis capti sunt.

Audiuntur undique gemitus hominum; audiuntur undique carmina Neptuni sacra.

¹Helicê *Stadt am korinthischen Golg in Griechenland* - ²oceanus: *vgl. Fw.* - ³Ennosigaeon (*griech. Akk.*) *'den Erderschütterer'* - ⁴aliquandō *einst* - ⁵Ionius, a, um *jonisch, aus Kleinasien* - ⁶praecēdere (*Perf. praecessi*) *vorausgehen* - ⁷tremor *Zittern*

28Z Thales erklärt das Erdbeben

Als Helike zerstört wurde, glaubten die meisten Menschen, dass das Erdbeben durch den Gott Neptun ausgelöst worden sei. In der kleinasiatischen Stadt Milet hatte allerdings schon lange vorher der Philosoph Thales über die Entstehung von Erdbeben nachgedacht. Er gehörte zu einer Reihe von Männern, die versuchten, die Erscheinungen der Welt mit ihrer Vernunft (griechisch: *lógos*) zu deuten. In Europa haben also zuerst die Griechen einen neuen Weg beschritten, Naturerscheinungen zu erklären. Die Römer sind den Griechen auf diesem Weg gefolgt. Und letztlich versuchen auch wir bis heute, die Welt mit Hilfe der menschlichen Vernunft zu verstehen.

Vixerat ante illum motum terrae, quo Helice perdita est, Thales¹ philosophus in Ionia². Qui cogitaverat etiam de causis, quae motum terrae efficiunt³: Aqua primum elementum⁴ est. Nam orbis⁵ aqua portatur ut navis magna et gravis. Motu aquae terram portantis etiam terra movetur ut navis fluctibus agitata.

Multi philosophi, qui postea de natura et de motibus terrae cogitabant, alias causas motus esse dixerunt. Iidem autem animum Thalidis laudabant, quod censuit iram deorum non esse causam motuum. Ita philosophus ille ratione⁶ timorem deorum vicit - quamquam errabat de veris causis, quae motum terrae efficiunt.

¹Thalês, is *Thales* - ²Ionía *Kleinasien* - ³efficere *hervorrufen* - ⁴elementum *Grundstoff* - ⁵orbis *Erdkreis* - ⁶ratiō, ōnis *f Vernunft*

29T Römer und Philosophie?

Cato stellt im Senat den Antrag, die Philosophen aus Rom auszuweisen:

„Dico vobis, patres conscripti: Ex urbe pellere debemus illos philosophos Graecos, qui orationibus suis non solum mutabunt animos adolescentium Romanorum, sed etiam extinguunt civitatem nostram! Civitatis nostrae interest adolescentes Romanos orationibus eorum aures non praebere. Orationibus Graecorum auditis multi eorum philosophiam magni aestimare incipiebant; magna pars eorum mox huic disciplinae studebit.

At si id facient, civitas nostra peribit. Credite mihi: Sententiis philosophorum Graecorum cognitis adolescentes nostri corpora non iam exercebunt; vim corporum neglegent. Vi corporum neglecta inopiam laboresque non iam sustinebunt et in bellis male pugnabunt. Sed periculis ingentibus imperio nostro instantibus necessarium est milites Romanos magna vi pugnare. Quod si non iam facient, imperium amitemus; denique urbs ipsa ab hostibus petetur.

Quare vos moneo: Vindicate in illos Graecos, qui iuvenes Romanos docent; damnate eorum philosophiam! Nam philosophia causa funeris nostri erit. Dum vivam, nullo modo sinam iuvenes Romanos philosophia Graeca corrumpi. Itaque illos Graecos ex urbe nostra expellite! Philosophis ex urbe pulsis mores nostri non peribunt.“
Hac oratione habita nonnulli senatores his verbis acerbis restiterunt. Sed Catone iterum atque iterum Graecos reprehendente animi senatorum mutati sunt. Denique expulsio¹ philosophorum decreta est.

¹expulsiō, ōnis *Vertreibung*

29Z Gespräch über den Philosophen Epikur

70 Jahre nach Catos Tod sprechen Memmius (M) und Lucretius (L) über Epikur (Epicurus):

M: Dic mihi: Cur amas philosophiam Epicuri?

L: Epicurus non solum mihi ipsi, sed etiam omnibus hominibus donum magnum dedit: A metu deorum nos liberavit.

M: Quid dicis? Nonne credit Epicurus homines a deis regi?

L: Dicit deos neque in caelo nostro esse neque vitam hominum temperare. Intellegisne Epicurum hoc modo cunctos homines liberavisse? Sententiis Epicuri cognitis animus meus non iam turbatus est: Nam doctrina¹ eius metum deorum tollit. Metu deorum sublato felix² vivo. Gratias ago Epicuro.

M: Mihi persuasisti. Certe necessarium est multos Romanos studere huic doctrinae. Quare ostende praecepta³ eius verbis tuis!

L: Quod faciam et Epicuro ducente philosophiam docebo.

¹doctrīna *Lehre* - ²fēlix *glücklich* - ³praeceptum *Vorschrift*

30T Die Tragödie der Antigone

Der griechische Dichter Sophokles stellt in verschiedenen Tragödien das Schicksal der Königsfamilie von Theben dar: Sie ist durch einen Fluch zum Unheil verdammt. Darunter hat schon König Ödipus fürchterlich gelitten. Aber auch seine Söhne Eteokles (Eteoclês, Eteoclis) und Polyneikes (Polynîcês, Polynîcis) und die Töchter Antigone und Ismene können dem Verderben nicht entgehen:

Post Oedipodis mortem Eteocles et Polynices de imperio urbis certaverunt¹. Denique Polynices Thebas reliquit et ad Argos² iit. Ibi multis sociis collectis ad Thebas magno cum exercitu rediit. Qui exercitus Polynice duce ante portas Thebarum proelium commisit. Eteocles urbem defendit. Fratribus in proelio occisis Creon avunculus³ imperium in urbe obtinuit.

Antigona et Ismena in scaenam⁴ procedunt:

I: Quid mente agitas, soror? Video te dolore commotam per domos Oedipodis, patris nostri, errare.

A: Creonte auctore Eteocles frater magno in honore est, corpus autem Polynicis iacet insepultum⁵. Morte puniet⁶ Creon eum, qui Polynicem sepulcro⁷ condet. - Quo flagitio cognito mentem tuam ostende! Scio te honestam esse deisque parere. Dei autem Polynicem sepulcro condi iubent.

I: O miseram sororem! Creonte talia iubente quid facere possumus⁸?

A: Una mecum Polynicem fratrem meum et tuum sepulcro conde!

I: Rege id prohibente magnum facinus audes. Cave iram Creontis! Aditum ad fratrem difficilem esse audivi; nam custodes armati a Polynice omnes prohibent.

A: Sed fratrem non sepelire⁹ flagitium est. Id faciam, quod et deis debetur et fratri!

I: Mulieres sumus; legibus urbis a viris constitutis parere oportet. Nos deos obsecrare debemus - ita veniam impetrabimus, si Creonti nunc paremus. Equidem Creonte invito tantum facinus committere non audebo.

A: Tu menti tuae pare! Ego sola fratrem sepulcro condam.
Fratre sepulto Antigona a Creonte morte punita est.

¹certāre *streiten* - ²ad Argos *nach Argos (griechische Stadt)* - ³avunculus *Onkel* - ⁴scaena *Bühne* - ⁵insepultus *unbeerdigt* - ⁶pūnīre *bestrafen* - ⁷sepulcrum *Grab* - ⁸possumus *wir können* - ⁹sepelīre *(PPP sepultum) beerdigen*

30Z Ödipus erkennt sein Schicksal

Ödipus war der Sohn des Lajos und der Jokaste, des Königspaares von Theben. Er sollte als Kind in der Wildnis ausgesetzt werden, weil seine Eltern eine fürchterliche Prophezeiung bekommen hatten: Er werde seinen Vater töten und die eigene Mutter heiraten. Aber ein mitleidiger Hirte hatte ihm das Leben gerettet, sodass Ödipus überlebte und heranwuchs. Eines Tages machte sich Ödipus, der nicht wuss-

te, wer er wirklich war, auf die Reise nach Theben. Auf dem Weg traf er auf seinen Vater Lajos, den er nicht erkannte. Die beiden gerieten in einen heftigen Streit, in dessen Verlauf Ödipus seinen Vater tötete.

Patre interfecto Oedipus Thebas venit et uxorem regis in matrimonium duxit¹, ignorans eam matrem suam esse. Matre in matrimonium ducta¹ regnum obtinuit. His sceleribus commissis tota urbs a deis punita est². Multis civibus peste³ interfectis Oedipus oraculum de causa pestis consuluit. Oraculum iussit hominem, qui Laium necaverat, puniri². Quare Oedipus curâ civium commotus non dubitavit quaestionem de morte regis instituere⁴. Multos homines interrogavit. Tandem fatum suum cognovit: Intellexit se ipsum patrem necavisse et matrem in matrimonium duxisse.

Scelere suo cognito Oedipus oculos sibi ipse effodit⁵ Thebasque reliquit.

¹in mâttrimônium dúcere *heiraten* - ²pûnîre *bestrafen* - ³pestis *Pest* - ⁴quaestiônem înstituere *eine gerichtliche Untersuchung einleiten* - ⁵effodere (*Perf.* effôdî) *ausstechen*

31T Phädra zwischen Vernunft und Wahnsinn

Phädra ist die zweite Frau des Theseus, des Königs von Athen. Als Theseus längere Zeit fort ist, verliebt sich Phädra leidenschaftlich in Hippolytos, den Sohn des Theseus aus erster Ehe, also ihren Stiefsohn. Dieser ist ein zurückhaltender, aber auffallend schöner junger Mann, der sehr naturverbunden ist und gern auf die Jagd geht. Aus Frauen macht er sich jedoch noch gar nichts. Phädra hingegen wird sich ihrer Verwirrung immer stärker bewusst - sie kann doch nicht dieser Liebe nachgeben! Als sie auch noch ihre Heimat Kreta zu vermissen beginnt, schaltet sich Phädras alte Amme ein:

PHAEDRA: O magna Creta, domina maris vasti: Cur me vitam in malis lacrimisque agere cogis? Nunc sola hic sum, quia Theseus abest neque fidem praestat uxori. At tamen ego adventum mariti desidero. Nam dies noctesque crescit et ardet malum, quod vehementer me sollicitat: Labores meos subire et deos donis colere mihi non iam libet, sed semper in silvis montibusque esse volo. - Quo petit animus meus?

NUTRIX¹: Quam mulierem desperatam audio? Quid, misera, verbis tuis dicere vis? Quidnam illud malum est?

PHAEDRA: Amore Hippolyti incensa sum. - Satisne dixi?

NUTRIX: Quem amas? Nonne id te pudet? Hippolytus quasi filius tuus est! Te spei turpi dedis! Exstingue, Thesei clara coniunx, flammam amoris! Num dubitas? Num amori tuo cedere vis?

PHAEDRA: Res ita est, ut dixisti. Amore non levi capta sum. Equidem flammam amoris in animo meo extinguere non possum². De ea re omnem spem deposui. Qui deus amorem exstinguet?

NUTRIX: Spem salutis in virtute tua ponere debes! Aliter res adversae nobis accident.

PHAEDRA: Id verum esse scio, sed - cui ea bona consilia das? Mihi ratio deest: Furor me vicit et regit.

¹nûtrîx *Amme* - ²nûtrîx *ich kann*

31Z So benimmt sich keine Römerin

Im 1. Jh. v. Chr. hat man in der römischen Gesellschaft viel über die Lebensweise der Patrizierin Clodia gelästert, die angeblich ein Verhältnis mit einem jüngeren Mann aus der Nachbarschaft, einem gewissen Cälius, hatte. Dieses Gerücht benutzt auch der Redner Cicero, um den politischen Einfluss der Clodia zu schwächen. In einer Rede vor Gericht wendet Cicero dazu folgenden Trick an: Das Publikum soll sich vorstellen, mit welchen Worten Clodia von ihrem eigenen Bruder beschimpft und erniedrigt werden könnte:

„Quid facis tumultum¹, soror? Quid furori te dedis? Quid clamorem tollis et multis verbis parvam² rem magnam facis? Adulescentem aspexisti; corpus pulchrum et oculi te tetigerunt; semper eum videre voluisti. Visne nunc tu, nobilis mulier, illum filium patris parci³ tuis opibus vincere⁴? Cave: Id tibi non continget; ille te repellet neque tua dona tanti⁵ esse putabit. Cur mens tua nunc non redit? Obsecro te: Habes ad Tiberim hortos⁶, quo omnes iuvenes conveniunt; ibi multos iuvenes, multos amores novos invenies. Cur hunc adulescentem nullo modo te cupientem premis?“

¹tumultus *Tumult, Aufruhr* - ²parvam rem magnam facere „aus einer Mücke einen Elefanten machen“ - ³parcus *sparsam* - ⁴vincere: zu vinculum - ⁵tanti esse *so viel wert sein* - ⁶hortus *Garten, Park*

VI prima lesen: Ein Augenzeuge der Naturkatastrophe

Auch die Römer standen den Naturgewalten oft machtlos gegenüber. Die wohl bekannteste Naturkatastrophe der Antike, der Vesuvausbruch des Jahres 79 n. Chr., hat für uns heute auch eine positive Seite: Dadurch dass die Stadt Pompeji jahrhundertlang von Asche bedeckt war, sind viele Straßen und Gebäude in ihrem ursprünglichen Zustand erhalten geblieben. So können wir uns ein viel genaueres Bild vom Leben in der Antike machen, als wir das mit Hilfe anderer antiker Städte könnten, von denen nur Ruinen erhalten sind. Der berühmte Schriftsteller Plinius berichtet von der Naturkatastrophe, in die auch sein Onkel, Plinius der Ältere, von Beruf Flottenkommandant und Naturwissenschaftler, verwickelt war:

Plinius nubem¹ atram²,
quae e Vesuvio monte³ surrexit,
e loco opportuno⁴ spectare voluit.
„Nubes atra“, inquit, „quae ut magna arbor est,
me non terret.
Immo vero studium⁵ meum incendit.“

Plinius non diu dubitavit et nave Herculaneum⁶ petivit.
Sed quia cinis⁷ et sulphura⁸ navem texerunt⁹,
Plinius litus Stabiarum¹⁰ petivit,
ubi Pomponianus amicus vivebat.
Ibi cum familia amici cenavit¹¹,
postea studuit, denique quievit.
Subito autem aedificia nutaverunt¹²
et Plinius cum aliis hominibus ad litus properavit.
Sed in litore sulphura multos homines necaverunt.
Ibi etiam Plinius periit.

¹nûbês, nûbis *f Wolke* - ²âter, âtra, âtrum *schwarz, düster* - ³Vesuvius môns *der Vesuv* - ⁴opportûnus, a, um *günstig* - ⁵studium *Interesse* - ⁶Herculâneum *Herkulaneum (antike Stadt am Golf von Neapel)* - ⁷cinis, cineris *m Asche* - ⁸sulphura, sulphurum *n. Pl. Schwefelbrocken* - ⁹tegere, tegô, têxî *bedecken* - ¹⁰Stabiae, Stabiârum *Stabiä (Ort am Golf von Neapel)* - ¹¹cênâre: *zu cêna* - ¹²nûtâre *schwanken*

32T Äneas verliert seine Frau

Das trojanische Pferd hatte seinen Zweck erfüllt und den Griechen geholfen, die uneinnehmbaren Befestigungsmauern Trojas durch eine List zu überwinden. Die Griechen wüthen fürchterlich in der fast voll ständig eroberten Stadt:

Nobilissimi Troianorum patriam fortiter defendebant, sed Graeci fortiores erant Troianis. Qui acriter resistebant - sed hostes saevius pugnabant quam incolae¹ oppidi. Quo acrius Troiani resistebant, eo crudelius hostes incolas necabant. Nemini pepercerunt et totam urbem accenderunt: Ignis, qui est ferro crudelior, omnia perdidit. Etiam Aeneas patriam et domum suam quam fortissime defendens vim hostium non prohibuit. Dei autem eum - Troia relicta - novam patriam quaerere et gentem suam clarissimam reddere iusserunt. Quare signo a deis dato una cum familiaribus ex oppido fugit: Patrem Anchisam et filium parvum Ascanium ex urbe eduxit. Creusam, coniugem carissimam, post filium ire iusserat. Sed postquam periculum effugit, extra urbem constitit. Respiciens Creusam non iam conspexit. Tum Aeneas fortissimum se praebuit: Dolore acerrimo commotus solus in oppidum redit, per urbem perditam currit, uxorem saepe vocat. Sed nemo respondet. Subito umbra Creusae ante oculos stat et: „Aeneas“, inquit, „dulcissime coniunx! Haec omnia non sine numine deorum eveniunt, qui te fortiorem allis viris esse sciunt. Tu quaere sedes novas: Iter longius erit laboresque ingentiores erunt, sed invenies coniugem regiam condesque urbem potentissimam. Dei cives huius urbis dominos gentium facient. Ego autem Troiam non relinquam. Dei in hac regione me retinent. Vale et serva amorem Ascanii, filii communis!“

¹incola *Einwohner*

32Z „Pius Aeneas“ - eine andere Sichtweise

Du kennst schon die Geschichte von Äneas (vgl. Lektion 21 und 32). Stell dir vor, die Königin Dido hätte der ersten Gattin des Äneas, Kräusa, einen Brief schreiben können, in dem sie ihre Wut und ihre Enttäuschung zum Ausdruck bringt, dass Äneas sie verlassen hat: Äneas erscheint in ganz anderem Licht.

Dido Creusae salutem dicit.

Omnes Aeneam pium appellant, sed nemo improbior est illo pio Aeneâ. Nemo superbius, nemo crudelior est quam dux Troianorum. Nam reliquit et te, honestissimam omnium uxorum, et me, potentissimam omnium reginarum, quod imperio deorum parere debuit, ut ipse contendit. Homines fatum et officium gravius esse amore dicunt, quamquam nihil tristius est officio, nihil dulcius amore. Ille dux fortis, qui amorem officio praeponere¹ non audet, miserrimum omnium se praebuit.

Talis est virtus virorum! Talis est animus viri, qui urbem potentissimam condet!

¹praepönere *m. Dat. für wichtiger halten als*

33T Kaufleute feilschen in Ephesos

Quintus Crassus Oeconomicus und Croesus Monopolista - das sind natürlich Phantasienamen für zwei Kaufleute. Aber dass sich zwei Kaufleute zur Zeit des Kaisers Hadrian im Hafen von Ephesos treffen, ist durchaus vorstellbar. Gerade ist der Römer Crassus mit seinem Schiff im Hafen angekommen:

Plurimae naves in portu sunt, audiuntur ubique¹ voces hominum diversis linguis clamantium. Mercator Romanus in taberna amicum invenit et Graecâ linguâ Croesum salutat²: „Chaire!“³ „Salve!“, ille respondet. Tum Latinâ linguâ de negotiis agitur:

„Vinum optimum importavi⁴. Vinum, quod superiore anno emisti, bonum erat, sed hoc anno etiam melius est. Vinum Italicum totius imperii optimum esse constat. Hoc vinum maiori usui tibi erit. Nam imperator Hadrianus, qui provinciis semper consulit, Ephesum visitabit⁵. Et senatores Romani una cum eo venient. Itaque Falernum⁶ ab eis libenter sumptum maiore pretio vendes. Et maximo honori tibi erit hoc vinum imperatori offerre⁷“.

„Honor meus tibi magnae scilicet curae est! Quid aliud vendere cupis?“

„Oleum⁸ minore pretio a senatore Romano, amico meo, emi: Oleum optimum vendit. Bonum pretium faciam amico bono. Sed manus manum lavat. Quid tu vendis?“

„Omnia, quae optas: Unguenta⁹ ex oriente¹⁰ importata; sed magno constant.“

„Mmh. Quippe omnia, quae ex oriente importantur, Alexandriae¹¹ et Antiochiae¹² minimo pretio emuntur.“

„Sed iter longius est. Periculosius¹³ est haec omnia Romam vehere. Piratae ...“

„Piratae maxime timent imperatorem Hadrianum, qui - ut ipse dixi - provinciis semper consulit.“

¹ubique *überall* - ²salutare *begrüßen* - ³Chaire (*griechisch*) *Sei begrüßt!* - ⁴importare: *vgl. Fw.* - ⁵visitare *besuchen* - ⁶Falernum *Falernerwein* - ⁷offerre *anbieten* - ⁸oleum *Öl* - ⁹unguentum *Salbe, Parfüm* - ¹⁰oriens, ntis *Osten* - ¹¹Alexandriae *in Alexandrien* - ¹²Antiochia *in Antiochia* - ¹³periculōsus *gefährlich*

33Z Celsus - ein antiker Sponsor

Auf seinem Weg durch die Stadt sieht Quintus Crassus Oeconomicus in einer Prachtstraße ein gerade fertiggestelltes, besonders prunkvolles Gebäude. Crassus hört, was ein begeisterter Ephesier seinen Gästen aus Alexandria über das Gebäude erzählt:

„Celsus Ptolemaeanus, vir clarissimus, hoc aedificium civibus e testamento¹ donavit. Bibliotheca² publica est. Celsus vir honestissimus erat, amicus imperatoris Traiani. Ecce, in muris leguntur inscriptiones³ Graecae et Latinae, in quibus de vita eius narratur: Senator Romanus erat. Proconsul⁴ factus est provinciae Asiae, quae est clarissima omnium provinciarum.

Ibi saluti civium bene consulebat. Itaque filius Celsi non dubitavit bibliothecam quam luxuriosissime⁵ ornare. Ecce muri marmorei⁶, ecce sarcophagus⁷ Celsi marmoreus⁶, ecce ...“

Tum unus ex hospitibus civem Ephesium⁸ interrogat: „Quid? Inscriptiones³ de vita Celsi? Sarcophagus⁷? Estne bibliotheca publica an monumentum Celsi? Celsus gloriam sibi ipsi et familiae quaesivit!“

Sed civis Ephesius respondet: „Et salus civium et gloria sua Celso curae erant. Nam bibliotheca et civibus maximo usui est et Celso magnam gloriam parat.“

¹ê testamentō *durch testamentarische Verfügung* - ²bibliothēca: *vgl. Fw.* - ³inscriptiō, ōnis *f Inschrift* - ⁴prōcōsul *Statthalter* - ⁵luxuriōsus, a, um *aufwändig* - ⁶marmoreus *aus Marmor* - ⁷sarcophagus *Sarkophag (prunkvoller Steinsarg)* - ⁸Ephesius, a, um *aus Ephesos*

34T Leben wie Lukull

Markus, der Sohn des Quintus Crassus Oeconomicus, ist mit seinem Vater nach Rom zurückgekehrt; im Hafen von Ostia trifft er auf seine alten Freunde. Sie wollen gegenüber ihrem weit gereisten Freund zeigen, dass auch sie in Rom inzwischen einige Kenntnisse vom eleganten Leben haben und breiten stolz ihre Kenntnisse vor Markus aus:

FLACCUS: „Ubi terrarum fuistis et quid novi Romam portavistis?“

MARCUS: „Videtisne illam navem? Patris est. In Asia pater magnam copiam rerum pulchrarum emit. Ob eam rem nobis cenam vere Lucullianam¹ fecit.“

CALLIDUS: „Quis vestrum, amici, novit hominem nomine Lucillum?“

MARCUS: „Nuper aliquis mihi dixit hominem semper bene cenantem Lucillum nominari!“

CALLIDUS: „Recte dicis - sed Lucius Licinius Lucullus re vera vir Romanus erat! In Asia multos annos provinciae praefuit quaestor²; multis rebus bene confectis aedilis factus est, deinde praetor; postea in Africam iit et inde ...

FLACCUS: „Equidem aliquid dicere volo! Lucullus etiam magnus imperator in omni genere belli fuit, et si quid ei commissum erat ...“

LENTULUS: „Satis est! Ego quoque Lucullo ingenium egregium fuisse accepi. Sed - quid tandem ad rem pertinet? Num imperatoris magni est bene cenare? Marcus de cena Luculliana narravit!“

CALLIDUS: „In ultima parte vitae Lucullus non modo a militaribus muneribus, sed etiam a publicis se recepit; nam aliquo modo in otio vivere voluit. Postremo pecunia e praeda collecta hortos³ et balnea⁴ pulcherrime instruxit; aedificia magna et pretiosa⁵ Luculli erant. Maximos sumptus faciens convivia ampla parabat et ipse variis voluptatibus multum pecuniae consumebat.“

LENTULUS: „Nunc intellexi: Vitam eo modo vivere viri vere magni est.“

¹Lûculliânus *lukullisch, des Lukull* - ²quaestor *als Quästor* - ³hortus *Garten* - ⁴balneum *Bad* - ⁵pretiôsus: *Adj. zu pretium*

34Z Speisen wie Lukull

„Speisen wie Lukull“ ist noch heute eine bekannte Redensart. Über die besondere Lebensart des Lukull waren immer schon zahlreiche Anekdoten im Umlauf. Auf jeden Fall passen die hier ans Licht tretenden Charakterzüge gut zu dem, was wir bisher über Lukull wissen:

Quo modo Lucullus re vera vitam agebat? Certe illius viri erat non modo multas voluptates capere, sed etiam miro modo vitam agere, ut hae fabulae narrant:

Nonnullis Graecis Romam convenientibus Lucullus per multos dies libenter cenam dedit. Postremo autem illi homines modesti¹ - ut sunt Graeci - ad cenam venire dubitaverunt, quia sumptus domini eis non placuit. Tum Lucullus ridens dixit: „Certe, amici, aliquid sumptus facimus vobis, sed maximam partem Lucullo!“ Quondam Lucullus solus cenans unam solam mensam et cibos tantum modicos² aspexit. Inde ira incensus servum, qui cenam paraverat, vocavit. Is se defendit dicens: „Domine, veniam da! Non tantum sumptus feci et cibos leves facilesque paravi, quia hospites non exspectavisti.“ - „Quid?“ , respondit Lucullus.

„Nonne sciebas Lucillum hodie apud Lucillum cenare?“

¹modestus *bescheiden* - ²modicus (*mittel*)mäßig

35T Groß ist die Artemis von Ephesos!

Beim Diana Tempel in Ephesos konnten die Besucher kleine Silberfiguren der Göttin kaufen; diese Figuren waren nicht nur Souvenirs, sondern ihnen wurde auch Glück bringende Wirkung zugeschrieben. Demetrius, ein Produzent solcher Figuren, schreibt an seinen in Rom lebenden kranken Freund einen Brief:

Demetrius Marco suo salutem dicit.

Dolebam te morbum tuum nunc minus fortiter ferre, quam prius tuleras. Memoria tene illud philosophorum: „Quod fert fortuna, fer!“

Sed de alia re ac de condicione vitae tuae scribere volui. Scis templum Dianae Ephesiae unum ex miraculis mundi¹ esse. Hoc aedificium mira magnitudine est; quod cum aliis templis conferri non licet. Itaque multi homines urbem nostram visunt. Et multi eorum, qui hic vivunt - ut ego - quaestum faciunt² ex illo templo.

Ante paucos dies nuntius mihi allatus erat hominem quendam, nomine Paulum, Ephesum venisse. Qui primo ante portas aedis orationem habuerat de deo aliquo, quem Iesum Christum vocabat; deinde in theatrum ierat. Qua re audita celeriter ad theatrum ibam; ibi cernebam Paulum, virum parva statura³, de theatro ad forum descendentem et iterum numen Dianae illudentem⁴. Statim clamavi: „Quis eiusmodi verba fert? Equidem haec numquam feram. Statim auferte hunc impium hominem, qui maiestatem⁵ Dianae temptat! Certe enim scio: Maiestate Dianae sublata nemo urbem nostram viset. Postremo - hic Paulus nos omnes perdet.“ Cuncti, qui verba mea audiverant, clamabant:

„Magna est Diana Ephesiorum! Diana, tu es praesidium urbis nostrae!“ Tunc magistratus, viri magni ingenii, Paulum vi a theatro averterunt et foras abstulerunt. Tum laetus domum ii.
Vale!

¹mîrâculum mundi *Weltwunder* - ²quaestum facere *seinen Lebensunterhalt bestreiten* - ³statûra: vgl. *Fw.* - ⁴illûdere *verspotten* - ⁵mâiestâs, âtis *Erhabenheit*

35Z Ein Weltwunder aus Liebe

Mausolos (Mausolus) war im 4. Jahrhundert v. Chr. der König von Karien (ein Gebiet im Südwesten Kleinasiens mit der Hauptstadt Halikarnass); verheiratet war er mit Artemisia, einer außergewöhnlichen Frau:

Artemisia, quod Mausolum maxime amavit, mortem mariti gravitissime fert. Ingenti luctu commota rem incredibilem suscipit:

Mausolum vehementissime desiderans corpus eius comburit¹,
deinde corpus combustum in pulverem² contundi³ iubet;
postremo, quod maritum semper in se ferre vult, hunc pulverem
in aquam immiscet⁴ et aquam bibit.

Tum magnum monumentum, quod Mausolus exstruere⁵ coeperat,
pulcherrime ornat; hoc modo omnibus hominibus amorem suum
maximum ostendit.

Sed Artemisia non solum semper memor est mariti. Haec mulier
maxima virtute et regnum suum multos per annos optime
administrat⁶ et in bello se fortem praebet: Non modo Rhodios⁷,
qui Halicarnassum temptant, ex patria sua cedere cogit, sed etiam
Rhodum⁸ ipsam capit.

¹combūrere (-būssī, -būstum) *verbrennen* - ²pulvis, eris *m Staub* - ³contundere
zerreiben - ⁴immiscēre *hineinstreuen* - ⁵exstruere *errichten* - ⁶administrāre *verwal-*
ten - ⁷Rhodiī, ōrum *die Bewohner von Rhodos* - ⁸Rhodus *f Rhodos (griech. Insel)*

VII prima lesen: Der frechste aller Philosophen

Aus dem Orient stammte auch der frechste aller Philosophen, Diogenes aus der Stadt Sinope (heute Sinop in der Türkei) am Schwarzen Meer. Er trat für ein äußerst einfaches Leben ein. Deshalb trug er verschlissene Kleidung und lebte in einer Tonne. Wegen dieser Lebensweise nannte man Diogenes auf Griechisch *kyon* (Hund) und Menschen, die sich Diogenes zum Vorbild nahmen, bezeichneten sich als Kyniker. Wie er selbst kritisierten sie mit bissigen Worten das Verhalten anderer Menschen, vor allem aber ein luxuriöses Leben. Die spöttische Ausdrucksweise der Kyniker lebt in unserem Wort „zynisch“ weiter. Weil Diogenes ein so unkonventioneller Mensch war, sind viele Anekdoten über ihn überliefert; ein paar davon könnt ihr hier lesen.

Quodam die Alexander Magnus¹ Diogenem² convenit. „Scis“, inquit, „mihi magnas opes esse. Tibi dabo, quaecumque³ cupis. Quid tibi optas?“ Diogenes respondit: „Hoc tantum cupio: Abi a sole!“ Alexander autem vitam et audaciam huius viri laudavit.

Quodam die Diogenes forum transiens lumen⁵ tenebat.

Nonnulli e turba, quae ibi fuit, Diogenem ridebant.

Denique unus rogavit:

„Cur nunc lumen portas?

Quid quaeris?“ Diogenes

respondit: „Hominem quaero.“

Quodam die Alexander

Magnus Diogeni ossa⁶

misit. Nuntius regis haec

dixit: „Hoc donum tibi

rex mittit, quia tu canis⁷

appellaris.“ Diogenes nuntio

respondit: „Dic regi tuo

haec ossa profecto cibum
cani idoneum⁸ esse - neque
tamen donum regi idoneum.“

¹Alexander Magnus *Alexander der Große (Makedonenkönig)* - ²Diogenês, Diogenis *Diogenes* - ³quaecumque *was auch immer* - ⁴sôl, sôlis *Sonne* - ⁵lûmen, lûminis *n Lampe* - ⁶os, ossis *n Knochen* - ⁷canis, canis *m Hund* - ⁸idôneus, a, um *geeignet, passend*

36T Luxus an der Mosel

In Trier, einer der wichtigsten Städte Galliens, hat man im 3. Jh. n. Chr. sehr luxuriöse Badeanlagen gebaut, die einem Vergleich mit den Thermen in Rom oder Pompeji ohne Weiteres standhalten konnten. - Zwei Freunde treffen sich vor dem Ausgang der Kaiserthermen in Trier:

DRAPPES: Quid tu hic agis, amice? Unde venis?

DUMNACUS: E balneo¹ venio. Quare tu hodie non aderas?

Si adfuisses, vehementer risisses.

DRAPPES: Hercules! Si hoc scivissem, ego quoque in

balneum venissem! Sed dic mihi: Quid actum est?

DUMNACUS: Conspeximus senem calvum², tunica russea³
ornatum, ludentem⁴ pila⁵ prasina⁶!

DRAPPES: Quis erat is senex?

DUMNACUS: Flavus, libertinus quidam, homo dives et
rarissimus!

DRAPPES: Si homines tali natura non essent, vitam
tristem ageremus. Narra modo!

DUMNACUS: Res singulas narrare nolo, sed hoc tantum

audi: Post balneum tres servi Flavum unguento⁷
perfundebant⁸ et eum tergebant⁹ lana¹⁰ mollissima.

DRAPPES: Lana? Sed lana idonea non est ad ...

DUMNACUS: Verum dicis. Sed lana carior linteo¹¹ est.

DRAPPES: Nunc intellego: Si Flavus hominibus
spectantibus res communes tantum ostenderet, nemo
oculos in eum converteret.

DUMNACUS: Bene intellexisti! In ore omnium esse Flavio
magnae curae est. Id tantum spectat. Itaque paulo post
a duobus servis in lecticam¹² impositus est.

DRAPPES: Si ego lectica ferrer, non iam pedibus irem!

DUMNACUS: Exspecta - nondum omnia audivisti: Flavus
auferebatur, cum subito servus quidam ad lecticam
vocatus toto itinere cantavit.

DRAPPES: Tace, nimium diligenter narras! - Si Flavus
intellegeret bona animi laudi esse, minores sumptus faceret.

¹balneum *Bad(anlage)* - ²calvus *kahlköpfig* - ³russeus *rot* - ⁴lûdere *spielen* - ⁵pila *Ball* - ⁶prasinus *grün* - ⁷unguentum *Salböl* - ⁸perfundere (*PPP* perfûsum) *übergießen* - ⁹tergere *abtrocknen* - ¹⁰lâna *Wolle* - ¹¹linteum *Leinen* - ¹²lectica *Sänfte*

36Z Hadrian in den Thermen

Dass es in den Thermen häufig Interessantes zu betrachten gab, zeigt die folgende Anekdote über Kaiser Hadrian:

P. Aelius Hadrianus, quamquam imperator erat, frequenter¹ publice et una cum omnibus lavabatur². Quodam tempore senem sibi notum aspexit et vidit eum tergum³ defricare⁴ muro. Imperator perturbatus interrogavit: „Cur tergum muro defricas, amice?“ Senex respondit: „Si servum haberem, is me defricaret!“ Hadrianus ubi id audivit, et servos et argentum ei donavit. Postero⁵ die ille senex servos suos amicis ostendit et de fortuna sua narravit. Tum omnes dixerunt: „Si imperator nos vidisset, nobis quoque dona dedisset!“ Ita Hadrianus alio die balneum⁶ intrans vidit multos senes, qui ad murum cucurrerunt ibique se defricare coeperunt ... Statim imperator eos vocari iussit et alium ab alio defricari.

¹frequêns *häufig* - ²lavârî *sich waschen, baden* - ³tergum *Rücken* - ⁴dêfricâre *abreiben, abtrocknen* - ⁵posterus *folgend* - ⁶balneum *Bad(anlage)*

37T Bevor Cäsar kam

Welche Bedeutung die „Priester“ der Kelten hatten, erfahren wir in einem Bericht, den der römische Feldherr Cäsar über die Gallier und ihre Druiden verfasst hat.

In omni Gallia duo sunt genera hominum nobilium, equites et druides. Nobiles familiis praesunt. Maximo honori eis est quam plurimos homines de plebe habere clientes¹. Qui nobilibus in omnibus rebus adesse debent et iis ut servi parere consueverunt. Nobiles autem paene omnia possunt; qui plurimum valent non ingenio, sed nobilitate. Equitum est bellum gerere. Nobilissimi eorum manibus militum praesunt duces. Druides autem magna cum dignitate viventes in summo honore apud homines omnium ordinum sunt; iis res sacrae et iudicia curae sunt. In omnibus controversiis² rem decernunt et poenas constituunt, nemo iudicio eorum resistere potest. Qui enim druidum iudiciis non paret, eum omnes fugiunt, cum eo nemo sermonem init, is etiam a sacrificiis³ abesse debet; is solus et miser vitam agit. Si quis ei adesset aut eum adiret, etiam ipse a druidibus damnari posset. Iuvenes disciplinae⁴ causa frequentes ad druides conveniunt. Magnum ibi numerum versuum discunt. Ita iuventuti multa tradi potuerunt, quae druides antiquitus⁵ docebant de terrae magnitudine, de siderum motibus, de deorum vi et potestate. Nihil autem, quod sciunt, litteris mandant, tametsi litteras Graecas noverunt. Cuius rei duas causas afferunt: „Si disciplina litteris mandata esset, etiam vulgus eam

sciret. Neque memoriae studerent homines, si omnia litteris mandarentur.“

¹cliens, clientis *m Klient, Schutzbefehlener* - ²contrôversia *Streitfall* - ³sacrificium *Opferzeremonie* - ⁴disciplîna *Ausbildung* - ⁵antîquitus *seit alter Zeit*

37Z Von Zwergen, Zauberern und Feen

In den Märcen, die noch heute in der Bretagne, in Wales, Irland und Schottland erzählt werden, tauchen Zwerge, Zauberer, verwandelte Bäume und Feen auf; solche Figuren, die auch in der folgenden Geschichte mitspielen, stammen aus der Vorstellungswelt der Kelten, bevor die Römer nach Gallien kamen:

Eques fortis nocte per silvam iter fecit. Subito terra aperta est, homunculus¹ e terra surrexit, ante equum constitit, equiti dixit: „Cave periculum mortis. Magus² in his regionibus vivit, qui homines rapta pecunia in arbores mutat. Nemo, qui silvam intravit, hunc magum superavit. Sed ibi nympha³ in flumine⁴ vivit, quae tibi aderit. Usque ad⁵ hunc diem nemo illud flumen⁴ invenire potuit. Tu autem a me ductus flumen primus invenies: Auxilio nymphae magum superare poteris.“ His verbis dictis ad illud flumen eum duxit. Nympha a homunculo vocata e fluctibus surrexit et equiti gladium⁶ micantem⁷ dedit. Gladio accepto eques neque nympham neque homunculum videre potest, sed subito magus ingens ante oculos stat. Eques autem gladio eum petit et interficit. Tum omnes arbores in homines mutantur. Homines equiti laeti gratias egerunt eumque regem suum fecerunt.

¹homunculus *Männlein, Zwerg* - ²magus *Zauberer* - ³nympha *Nymphe, Fee* - ⁴flûmen, flûminis *n Fluss* - ⁵ûsque ad *bis auf* - ⁶gladius *Schwert* - ⁷micâre *funkeln*

38T Teile und herrsche!

Cäsar hatte das Heer der Treverer in der Schlacht besiegt. Nun sollten die Fürsten diese Niederlage anerkennen, indem sie zu Verhandlungen erschienen, die Cäsar einberufen hatte. Aber das taten sie nicht. Daraufhin zog Cäsar mit vier Legionen (etwa 20.000 Fußsoldaten und 800 Reiter) in das Gebiet der Treverer. Er berichtet selbst darüber, wie die beiden wichtigsten Anführer des Stammes auf diese militärische Einschüchterung reagierten: Der eine akzeptierte die Niederlage und wurde zum Freund der Römer, der andere blieb ihr Feind.

In civitate Treverorum Indutiomarus et Cingetorix de primo loco inter se contendebant.

Cingetorix, cum de adventu legionum et auxilliorum cognovisset, ad Caesarem venit, ut egregiam fidem ostenderet.

At Indutiomarus milites conscripsit, ut bellum iterum pararet libertatemque gentis suae defenderet.

Alii principes civitatis adventu exercitus Romani territi ex vicis et oppidis ad Caesarem venerunt, ut de suis rebus cum eo agerent: „Venimus, ut amicitiam petamus fidemque

demonstremus. Nam tanta est fides nostra, ut libenter te adeamus.“

Qua re adductus etiam Indutiomarus legatos ad Caesarem mittit, ne ab omnibus deseratur. Haec verba a legatis Caesari referuntur: „Plebs facile ab amicitia Romanorum deficit, sed mea auctoritate regitur. Nam tanta est apud plebem auctoritas mea, ut facile eos in officio retinere possim. Equidem efficio, ut a licentia revocentur. Itaque adhuc ad te non veni. Nam timeo, ne plebs Romanis inimica sit et - cum libertatem gentis defendere velit - novis rebus studeat. Mox in castra Romana veniam, ut fidem meam cognoscas.“

Caesar, cum perfidiam¹ Indutiomari perspiciat, tamen bellum non parat; sed poscit, ut Indutiomarus cum centum obsidibus ad se veniat.

¹perfidia *heimtückisches Wesen*

38Z Cäsars größter Gegner muss kapitulieren: Ein Ereignis - zwei Berichte

Der Gallier Vercingetorix (Vercingetorix, Vercingetorigis) hatte einen Aufstand gegen Cäsar organisiert; die Aufständischen hatten große Erfolge, wurden aber schließlich in Alesia belagert und mussten aufgeben. Vorher hatte Vercingetorix eine Versammlung seiner Verbündeten einberufen, über die Cäsar Folgendes berichtet:

Vercingetorix consilium convocavit et sociis dixit: „Hoc bellum non meâ causâ¹ suscepi, sed ut libertatem communem defenderem. Itaque nunc vobis concedo, ut me Romanis tradatis.“ Tum amici Vercingetorigis nuntios de hac re ad Caesarem miserunt. Caesar imperat, ut arma tradantur et principes producantur². Ipse pro castris consedit. Principes producantur², Vercingetorix traditur, arma deponuntur.

Über 100 Jahre später berichtet der griechische Schriftsteller Plutarch - anders als Cäsar - nicht zuerst über die Rede des Vercingetorix; sondern er beschreibt gleich die Kapitulation:

Vercingetorix armis pulcherrimis ornatus equum conscendit³ et per portas oppidi equitavit⁴. Caesar pro castris consedit. Vercingetorix autem in equo sedens Caesarem circumibat⁵. Tum de equo desiluit⁶, arma deposuit, ad pedes Caesaris tacens consedit.

¹meâ causâ *aus persönlichen Motiven* - ²prōducere *vorführen* - ³conscendere *besteigen* - ⁴equitare *reiten* - ⁵circumire *umkreisen* - ⁶dēsiliire (*Perf.* dēsiliū) *herabspringen*

39T Welch ein großartiger Kaiser

Ein Festredner spricht bei einem öffentlichen Empfang in der Palastaula:

Huc convenimus, cives coloniae Augustae Treverorum, ut gratias agamus imperatori nostro pro beneficiis eius. Quaero e vobis, num quis reprehendere possit res gestas imperatoris nostri.

Conspicite hanc ipsam palatii aulam¹ ingenti sumptu perfectam, ut videatis, quantas divitias² imperator nobis praebuerit! Spectate illam regionem, in qua vivimus, ut cognoscatis, quanta laetitia ab eo ipso nobis parata sit! Te regente nemo inopia laborat; immo urbs omnibus divitiis toto orbe terrarum paratis abundat³. Cives artibus litterisque student, quia tu, imperator, provides, ut curis liberi vitam agere possint. Tu, imperator, tuo clarissimo exemplo homines doces, quanta sit cura imperatoris Romani, quanta sit fides Romana.

Nunc apertum est: Pace facta tota regione homines cum otio vitam agunt. Omnis belli clamor abest, cum tu flammam belli exstinxeris. Testes sunt copia frumenti omniumque fructuum, quam mercatores flumine Mosella vehunt, et villae pulchrae, quas homines tota regione aedificant. Dubito, utrum copia fructuum an aedificia pulchra maiori usui nobis sint. Quam praeclaram speciem haec regio praebet! Neque enim barbari - nuntio adventus imperatoris perterriti - Rhenum transire audebunt. Tua igitur aetate, imperator, tuti vivimus! Tua cura urbs nostra magis magisque elata est, tua laude gloria totius rei publicae perpetua erit.

¹palātiū aula *Palastaula* - ²dīvitiae *Pl. Reichtum* - ³abundāre *m. Abl. voll sein mit* -

39Z Welch ein fürchterlicher Kaiser

Zwei Studenten haben die Rede des Festredners gehört. Bei ihrem Rhetoriklehrer, dem Rhetor, verfassen sie zur Übung ebenfalls Lobreden. Aber Schmähreden, in denen jemand kritisiert wird, gehören auch zum Unterrichtsprogramm; und außerdem hat der Rhetor ihnen beigebracht, jede Sache von zwei Seiten zu betrachten. Stellen wir uns vor, sie hätten zum Spaß die Lobrede auf den Kaiser ein wenig umformuliert!

Convenimus, cives coloniae Augustae Treverorum, ut reprehendamus imperatorem nostrum.

Conspicite hanc ipsam palatii aulam¹ ingenti sumptu ornatam, ut cognoscatis, quantas opes a civibus paratas pro honore suo imperator consumat.

Pauci cives tuti in oppidis viventes artibus litterisque student. Plurimi agros colunt.

Spectate illam regionem, in qua vivimus: Castra militum toto orbe terrarum conscriptorum plena sunt. Tu, imperator, exemplo tuo homines doces, quae sit virtus Romana: bellum gerere. Barbaris exercitus Romanos timentibus pax tamen deest. Tua gloria militari tuti vivimus, sed hostes amicos facere non potuisti. Vae² civibus, si quando³ exercitus Romani vi hostium victi erunt.

¹palātiū aula *Palastaula* - ²Vae! *Wehe!* - ³quandō *einmal*

40T 500 Jahre hinterlassen Spuren

Um 470 nach Christus war das Rhein- und Moselgebiet als Ganzes militärisch nicht mehr in der Hand der Römer, sondern wurde von germanischen Stämmen, vor allem von den Franken, kontrolliert. Das römische Reich löste sich im Westen auf. Auch die Verhältnisse in Trier waren ganz unsicher: Wir wissen nicht genau, wie der fränkische Soldatenführer Arbogast, der in Trier residierte, politisch zum römischen Reich stand. Aber ein Brief, den der in Südgallien lebende Bischof Sidonius Apollinaris an ihn geschrieben hat, zeigt, dass Arbogast schon lange ein Freund der Römer gewesen sein muss, allerdings auf eine ganz besondere Weise.

Sidonius Arbogasto suo salutem dicit.

Amicus attulit epistulam tuam, quae mihi, cum legissem, maximo gaudio erat. Pulcherrima est, cum veterum poetarum dictis et grandium oratorum¹ sententiis ornata sit. Repperi enim sententias Vergilii, Terentii, Ciceronis. Tanta enim est eloquentia² tua, tantus est cultus, ut facile videam te iam multos annos litteris studere. Sapis, ut cerno. Et cognosco te parem esse illis ducibus antiquis, quorum dextera et gladium et stilum³ capere solebat, ut virtutem suam et in bello et in artibus ostenderent. Barbari feri Rhenum et Mosellam oppugnantes villas, vicos, oppida Romana circumveniunt. Isti sermonem Romanorum neglegunt, cum tu gloriam linguae Latinae conserves et vivam retineas. Furor iste barbarorum litteras nescit, cum tu - barbara gente ipse natus⁴ - artes colas. Cum potentia Romana vi et impetu istorum occiderit, tamen per te omnes cognoscunt, quantopere⁵ homo superet istas bestias, si litteris studet.

¹ôrâtor, ôris *Redner* - ²êloquentia *Beredsamtheit* - ³stilus *Griffel (zum Schreiben auf Wachstafeln)* - ⁴nâtus *abstammend* - ⁵quantopere *wie sehr*

40Z Strenge oder lockere Erziehung

In T ist der Name des römischen Dichters Terenz gefallen; viele Menschen kannten offenbar seine Komödien. Diese wurden wegen der eleganten Sprache und ihrer großen Weisheit und Menschlichkeit jahrhundertlang in den Schulen Roms und später ganz Europas von den Schülern gelesen. Eine der Komödien - „Die Brüder“ - behandelt das Problem strenger und großzügiger Erziehung:

Demea mercator, pater severus¹, duos filios adulescentes habuit. Unum, Ctesiphontem² nomine, ipse severissime educabat³. Alterum⁴, Aeschinem⁵ nomine, fratri suo tradidit, ut eum educaret³. Frater eum vitam cum omni licentia agere sivit, numquam reprehendit.

Und was kommt dabei heraus? Beide Söhne, nicht nur der locker erzogene Äschines, verwickeln sich in Liebesgeschichten. Ktesiphon hat sich auch noch in eine Musikerin verliebt - nicht gerade eine standesgemäße Verbindung! Äschines hilft dem streng erzogenen Bruder, sein Liebesglück zu finden. Wie reagiert der strenge Vater Demea?

Demea primo non intellegit Ctesiphontem, quem ipse severissime educaverat, puellam amare. Itaque maxima ira commotus Aeschinem istum accusat. Sed cum Ctesiphontem quoque amore incensum esse intellexerit, animus mutatur. Neque Aeschinem neque Ctesiphontem reprehendit. Et Aeschinem et Ctesiphontem amicas suas in matrimonium ducere⁶ sinit. Sed et filiorum animus mutatur; denique severitatem⁷ patris laudant.

¹sevêrus, a, um *streng* - ²Ctêsiphôn, ontis *Ktesiphon* - ³êducâre *erziehen* - ⁴alter *der andere* - ⁵Aeschinês, is *Äschines* - ⁶in mâtrimônium dũcere *heiraten* - ⁷sevêritâs, âtis *Strenge*

VIII prima lesen

Regensburg - Castra Regina

Cum Romani imperatore Marco Aurelio fines imperii ad Danuvium¹ flumen propagabant², ibi castra fecerunt, ubi nunc *Regensburg* est. Illo loco id flumen in Danubium flumen influit³, quod urbi nomen dedit. Etiam hodie vestigia castrorum antiquorum videri possunt. In vico parvo, qui est ad Danuvium flumen, monumentum praeclarum est: Porta Praetoria⁴, per quam milites temporibus antiquis in castra inierunt. Monumentum demonstrat, quam magnos arcus⁵ Romani fecerint.

¹Dânuvius *Donau* - ²prôpâgâre *ausdehnen* - ³influere *münden* - ⁴Porta Praetôria *Porta Prätoria (Nordtor des Römerkastells Castra Regina)* - ⁵arcus, arcûs *Bogen*

Weißenburg - Castra Biriciana

Extra urbem, quae *Weißenburg* appellatur, castra Romanorum reperta⁶ sunt. Una e portis castrorum restituta est⁷. Nuper homines viam novam aedificantes etiam thermas invenerunt, quae nunc spectari possunt ut magnae thermae Romae. Hominibus autem, qui nostris diebus Castra Biriciana petunt, imprimis thesaurus⁸ placet, qui in museo⁹ urbis ostenditur. Thesaurus egregias statuas¹⁰ deorum dearumque continet¹¹.

⁶repertus, a, um: *PPP zu* reperire - ⁷restituere *wiederherstellen* - ⁸thêsaurus *Schatz* - ⁹mûsêum: *vgl. Fw.* - ¹⁰statua: *vgl. Fw.* - ¹¹continere *hier: enthalten*

41T Wer will schon nach Germanien?

Bevor sich Lucius nach dem Ende seines Militärdienstes in Augsburg (Augusta Vindelicorum) niederlässt, reist er noch nach Rom, um dort seine alte Mutter zu besu-

chen. Lucius sieht zuversichtlich in die Zukunft, da er jetzt endlich eine eigene Familie gründen kann; doch seine Mutter ...

MATER: Utinam Romae maneres! Audivi consuetudinem vitae Germanorum multum a moribus nostris differre.

LUCIUS: Sed inter Romanos vivam, quod multi veterani¹ eo deducebantur! Praeterea Germani, qui ad flumen Danubium habitant, paulo humaniores sunt quam ceteri; nam saepe ad eos mercatores veniunt.

MATER: Sed dic mihi: Quisnam Italia relicta Germaniam, asperrimam regionem, peteret, nisi patria esset? Non solum hieme tempestas ibi saeva est!

Vellem viveret pater tuus, ut mihi adesset! Sed - me tacere oportet, quod femina sum.

LUCIUS: Quidquid tibi venit in mentem, dicas! At mea quoque verba audias! Non dubito, quin hac in regione vitam bonam vivere possim - prope dicam ibi bonos mores plus valere quam alibi bonas leges.

MATER: Dei omnia bona tibi dent! - Sed audi: A mercatore quodam audivi Germanos Solem et Vulcanum et Lunam deos habere, de reliquis autem deis immortalibus nihil cognovisse.

LUCIUS: Utinam ne istum mercatorem convenisses! Equidem in libro quodam legi Germanos maxime Mercurium colere ...

MATER: ... et interea ego audivi Germanos huic deo immolare² homines! - Mi fili³: Ubi isti barbari vivunt, ibi tu, vir vere Romanus, uxorem bonam invenire vis?!

LUCIUS: Feminae apud Germanos magno in honore sunt: Aliquid sancti in eis esse putant neque consilia earum neglegunt. - At nihil iam dicamus ira incensi! Certe vitam liberam bonamque in Germania agam!

MATER: Hoc dei bene vertant!

¹veterânus *ehemaliger Soldat, Veteran* - ²immolâre *opfern* - ³mî filiî: *Vokativ zu meus filius*

41Z Jägerlatein

Besucher aus Rom, die nach Germanien kamen, hatten manchmal sehr merkwürdige Vorstellungen über dieses Land. Ein Beispiel dafür liefert die folgende Geschichte von Lucius, der vor seinem Umzug nach Augsburg seinen bereits in Germanien lebenden Freund Markus besucht, um dort Tiere zu jagen:

Nocte Lucius et Marcus armati in silvam eunt. Ibi Marcus magna voce narrat: „Audivi in hac silva multa genera bestiarum vivere, quae maxime differunt a ceteris! Utinam unam solam caperem!“ Lucius varios strepitus¹ audiens dicit: „Utinam tacuisses! Nunc omnes bestiae nos in silva esse senserunt!“

MARCUS: „Nuper eo ipso loco vidi duas alces², quae sunt bestiae mira magnitudine, mira forma³, mira ...!“

LUCIUS: „Tace! Bestiam venire audio!“

MARCUS: „Veni! Post arbores bestias expectemus! Nam alces ad arbores se applicabunt⁴ atque ibi dormient⁵. Tum nos succidemus⁶ arbores ...“

LUCIUS (ridens): „... et alces cadent et nos capiemus alces, quia surgere non possunt!?! Quisnam fabulas eiusmodi credit? - Equidem statim domum ibo. Utinam ne in Germaniam venissem!“
Prima luce Lucius rursus in silvam redit et amicum invenit post arborem dormientem ...

¹strepitus, ūs *Geräusch* - ²alcês, alcis *f Elch* - ³fôrma *Gestalt* - ⁴applicâre *anlehnen* - ⁵dormîre *schlafen* - ⁶succîdere *fällen*

42T Die Seherin Veleda

Die germanische Seherin Veleda hatte beim Aufstand des Germanenstammes der Bataver (69/70 n. Chr.) einen vernichtenden Schlag gegen die römischen Legionen richtig vorhergesagt. Das Wort einer Seherin galt als Offenbarung der Götter. Selbst bei den Römern stand Veleda in hohem Ansehen, sodass sie später als Schlichterin bei Spannungen zwischen germanischen Völkern und Rom eintrat. Im Folgenden stellt sich die Seherin vor:

Veleda appellor mihi que datum est res futuras videre. Equidem, cum de rebus futuris interrogor, spero me res secundas visuram esse; nam res adversas providere haud mihi placet. Itaque illa facultas¹ natura mihi data saepe gravis est.

Exemplum proferam: Miles in pugnam iturus de proelii exitu requirit. Qui si audit: „E vita excessurus es!“, aut tristis aut ira incensus abit. Sin autem² dico: „Video te incolumem rediturum esse!“, ille se postea praemium mihi daturum promittit et postero die animo laeto et forti se hostibus obicit.

Germani, cum nuper contra Romanos pugnarent, me consulturi venerunt. Inde auctoritas mea multo aucta est: Providi enim Germanos rem bene gesturos esse et dixi eos - quod tum incredibile erat - legiones Romanas victuros esse. Profecto id, quod dixeram, evenit. Ex illo tempore multi Germani me etiam deam esse putant.

Sed - ut supra memoravi - vita mea etiam dura est: Nec cum propinquis nec cum amicis habito; sola vivo in turri quadam. Praeterea: Ut cultus augeatur, homines neque cellam meam adire neque me ipsam appellare debent. Itaque ii, qui auxilium petunt, aliquem e propinquis meis deligunt et ad me mittunt, ut ille responsa³ et consilia deorum a me accipiat.

At bono animo sum: Nunc Germani me magni aestimant ...
... et clare video brevi etiam Romanos me culturos esse.

¹facultâs *Fähigkeit, Fertigkeit* - ²sîn autem *wenn aber* - ³respônsum: *hier Subst.*

42Z Verhandlungen an der Stadtmauer

Köln am Rhein, 69 n. Chr.: Einige umliegende Germanenstämme rufen zusammen mit benachbarten Galliern zum Aufstand gegen die Römer auf. Dazu schicken die Aufrührer auch in die Stadt Köln Gesandte, um die dort ansässigen Germanen, die Ubier, zu überreden, am Aufstand gegen die Römer teilzunehmen:

„Cognovimus vos quoque liberos inter liberos vivere velle. Romani autem flumina ac terram claudunt, ut nos a colloquiis congressibusque¹ prohibeant. Itaque amicitiae nostrae causa nunc magna atque crudelia facere debetis: Promittite vos omnes Romanos, qui vivunt in finibus vestris, interfecturos. Liceat nobis vobisque - ut licebat maioribus nostris - in terra nostra vivere!“
Ubii autem de rebus futuris metuentes nesciebant, utrum consilia acciperent an repellerent.
Deinde his verbis responderunt: „Una cum vobis ceterisque Germanis, propinquis nostris, vivere volumus. Sed promittere non volumus nos interfecturos esse parentes, fratres, liberos nostros. Nam Romanis quoque, qui huc deducti sunt et nobiscum interea sanguinem miscuerunt², haec quasi patria est.“

¹ colloquia congressûsque *Unterhaltungen und Zusammenkünfte* - ² miscêre *vermischen*

43T Endstation Limes

Stellen wir uns vor, wir säßen zur Regierungszeit des Kaisers Domitian in einer römischen Kneipe und hörten dem Gespräch zweier Männer zu: Du wirst schnell herausfinden, welche Haltung die beiden gegen über dem umstrittenen Herrscher haben:

- Accepistine nuntium recentem? Victoriâ clarissimam de Germanis peperit imperator noster Dominus et Deus Domitianus.
- Mmh. Audivi eum vulgo „Germanicum“ nominari.
- Ita est, hercule! Hoc nomine res gestae imperatoris laudantur. Germani enim auctoritati eius parent. Spero eum mox cum militibus Romam venturum. Tum triumphus fiet, in quo imperator clarissimus praedam nobis ostendet; captivos in servitutem ducet.
- Fiat, ut dicis. Non dubito, quin milites Romani in acie fortiter contra Germanos pugnaverint; sed incertum est, vicerintne illos re vera¹.
- Quid? An nescis, quae imperatore auctore ad Rhenum facta sint? Castra ubique² posita sunt. Domitianus multas munitiones fieri iussit. Barbaros vicit. Isti bellum imperio Romano inferre non audebunt. Omnibus rebus imperator providet.
- Sed cur aedificantur turres et castra? Cur fines imperii munitionibus teguntur? Quae quidem ostendunt Germanos subiectos non esse. Equidem memoria teneo Arminium³ Varo⁴ eiusque legionibus in saltu Teutoburgiensi⁵ insidias

paravisse exercitumque Romanum caede maxima
exstinxisse. Superbia imperatoris Domitiani nomen
„Germanicum“ vindicat.

Tertius vir accessit.

- Meâ quidem sententiâ nihil ad salutem imperii pertinet,
sintne victi Germani an non. Milites potius provideant,
ut fines imperii bene defendantur! Haec erat voluntas
imperatoris Augusti post illum diem atrum, quo Varus
cladem⁵ gravem accepit.

¹rê vērâ *tatsächlich* ²ubîque *überall* - ³Arminius *germanischer Feldherr, der den Römern 9 n. Chr. eine vernichtende Niederlage beibrachte* - ⁴Vârus *römischer Feldherr, Gegner des Arminius* - ⁵salvus Teutoburgiënsis *Teutoburger Wald* - ⁵clâdês, is *Niederlage*

43Z Handel am Limes

Markus lebt in Germanien in einem Dorf direkt neben einem Limeskastell zusammen mit seiner Mutter und seinem Vater. Seine Mutter ist eine Germanin, sein Vater römischer Soldat, der seit ein paar Jahren im Limeskastell Dienst tut. Markus und seine Mutter haben sich heute zusammen mit anderen Frauen und Jugendlichen auf den Weg zu einem bewachten Tor im römischen Grenzwall gemacht, wo der Vater auf Wachtposten steht:

Ad portam mercatores Romani adsunt. Qui - Mogontiaco¹
venientes - Germaniam petunt. Eorum carri² unguentorum³,
vini aliarumque rerum pleni sunt: Unus e mercatoribus Marcum
interrogat, velitne secum ad Germanos commeare⁴. Aliis
mercatoribus ridentibus ille se una cum eis iturum negat.
Subito unus e militibus Romanis e turri clamat. Nonnullis
rogantibus, quid fiat, ille se turbam Germanorum conspexisse
nuntiat. Hac re nuntiata Marcus patrem interrogat, sintne hostes.
Sed Germanos accedentes agricolas⁵ esse videt. Qui saepe ad hanc
portam limitis⁶ veniunt.

Mater Marci et aliae uxores militum Romanorum e Germanis
quaerunt, quid vendant. Unus e Germanis cum mulieribus de
pretio anseris⁷ agit Latina lingua. Magnus clamor fit. Sed mater
Marci - Germana de gente nata⁸ - Germana lingua cum illo
agit. Itaque bono pretio anserem⁷ emit. Marcus verba matris cum
agricola agentis non intellegit. Sed matrem hunc anserem
emisse gaudet; postea apud alios de matre gloriatur⁹.

¹Môgontiâcô *aus Mainz* - ²carrus *Karren* - ³unguentum *Salbe* - ⁴commeâre *eine Handelsreise unternehmen* - ⁵agricola *Bauer* - ⁶lîmes, itis *Grenze* - ⁷âns(er)er, eris *m Gans* - ⁸nâtus (dê *m. Abl.*) *abstammend (von)* - ⁹glôriâtur dê *m. Abl. er prahlt mit*

44T Es geht nicht ohne Latein

In einem dieser Klöster sitzt als wirklich guter Lateinkenner der Mönch Berengar noch in tiefer Nacht am Schreibpult und arbeitet an einer Zusammenfassung von Karls Brief. Gleich zu Beginn seiner Arbeit wird Berengar klar, dass Karl mit seinem

neuesten Schreiben ausgerechnet die Situation des Lateinischen an den Klosterschulen kritisiert. Persönlich getroffen und verbittert kommentiert er hierauf beim weiteren Schreiben die Worte Karls, wobei er diesen direkt anredet:

„Cum his annis a quibusdam monasteriis¹ saepius scripta nobis mitterentur, cognovimus in plerisque eorum sermones incultos incultos².“

- Dicis „incultos“? Totum diem diligenter scribo. Scribendo tempus meum consumo. In scribendo tantum bene vivo. Nemo tam peritus³ scribendi est quam ego. Quis ergo incultus?

„Praeterea bene novimus errores verborum periculosos⁴ esse; multo verum periculosiores sunt errores sensuum!“

- Num putas me scribere tantum posse? Num dubitas, quin etiam sensus verborum sanctorum comprehendam? Gratias tibi ago. Equidem scio multo periculosiores esse errores regum.

„Quamobrem vos monemus: Non modo curae sit vobis litterarum studium, sed etiam tam cupidi discendi sitis, ut facilius et rectius mysteria⁵ divinae scripturae⁶ perspiciatis!“

- Perspicere? Prius de mente mea dubitavisti - et nunc contendis me idoneum esse ad perspiciendum!? Minime! Nihil aliud nisi homo indignus sum. Libellos legere et recitare et scribere satis mihi est.

„Nunc viri idonei ad hoc opus deligantur! Illi et voluntatem discendi et cupiditatem alios instruendi habeant ...“

- Ah⁷, tandem intellego! Volo! Quid aliud? Cupidus sum. Quodcumque praecipis - equidem sine mora ad instruendum paratus sum. At - dum haec lego, hora abit: Statim multos alios artem bene scribendi docebo. Interim alius haec scribendo delectetur!

Vale!

¹monastĕrium *Kloster* - ²incultus, a, um *ohne Bildung* - ³perĭtus *m. Gen. erfahren in* - ⁴perĭculōsus: *Adj. zu perĭculum* - ⁵mystĕrium *Geheimnis* - ⁶scriĭptūra *Schrift* - ⁷āh *aha!*

44Z Schreibregeln für Mönche

Nachdem unser Mönch sich gut ausgeruht hat, möchte er nun möglichst bald die Anregungen Karls, die du aus T kennst, in die Tat umsetzen. So verfasst er für seine zukünftigen Schüler ein paar - nicht immer ernst gemeinte - Leitsätze für 'gutes Schreiben', die er als ständige Erinnerung an die Wand des Schreibsaals hängen möchte.

I. Difficilem et duram scribendi artem discimus, id est: Quam diligentissime et quam plurimum - scribemus. Scribendo semper delectabimur!

II. A somno prohibiti artem bene scribendi

perdimus. Ergo: Nocte in cellis nostris dormiemus¹
(non bibemus), ut die bene scribamus!

III. Virtutes nostrae in scribendo videbuntur.

IV. Non statim, si quid nos turbet, libros deponamus!

Omnes turbationes² vincat cupiditas scribendi:

Ad scribendum nati³ sumus!

V. Celeriter scribendo non fit, ut bene scribatur,
sed bene scribendo fit, ut celeriter scribatur.

VI. Tempus Dei verba scribendi nobis
numquam desit!

¹dormiĕre *schlafen* - ²turbâtiô, ônis: *Subst. zu* turbâre - ³nâtus, a, um *geboren*

45T Typisch germanisch?

Um die Mitte des 15. Jahrhunderts entdeckte man im Kloster Hersfeld die Schrift „Germania“ des Geschichtsschreibers Tacitus (um 100 n. Chr.) wieder. Ohne auf die zeitliche Distanz zu achten, bezogen die Gelehrten des 15. Jahrhunderts die Beschreibung der Volksstämme des alten Germanien auf ihre eigene Zeit. In der folgenden Geschichte treffen wir kurz nach dieser Wiederentdeckung der „Germania“ einen deutschen Klosterschüler namens Conradus und den aus Italien stammenden Mauricius in einer regen Auseinandersetzung über die soeben von ihnen gelesenen Informationen:

MAURICIUS: Legistine omnibus Germanis corpora magna esse? Si res ita se habet, quaero, cur tu tam parvus sis.

CONRADUS: Verba eiusmodi dicens mihi persuades te stultum et ignarum esse: Tot annis praeteritis me Germanum antiquum esse putas! - Si res a Tacito editas mecum comparare pergis, tibi ostendam, quemadmodum nos, homines parvi, ...

MAURICIUS: Desine adeo clamare! Interea cognovi, cur vos non verbis, sed viribus semper certare¹ cupiatis: Tacitus scripsit corpora Germanorum ad bellum tantum valere ...

CONRADUS: Tace!

MAURICIUS: ... et vos oculos crudeles habere. Profecto - forte me talibus oculis spectas, quasi hostes simus. Vos Germani semper parati estis ad ...

CONRADUS: Quid? Ad laborandum?! Verum dicturus es. Mecum veni in bibliothecam²; nam - ut opinio mea est - diversos libros de factis et moribus Germanorum compositos legere debemus, praesertim cum credere non possim vitam Germanorum solum e pugnis constitisse. Etiam Tacitus dixit Germanos pudorem magni aestimavisse et ...

MAURICIUS: ... et liberos eorum in omni domo nudos atque sordidos³ vivere.

CONRADUS: Talibus verbis a te dictis nunc haec tantum intellego: Tu durus et iniquus et invidiae plenus es! Abi potius, Maurici, aliter Germanus quidam minimus pudorem suam omittet et odio incensus hostem Romanum

doloribus maximis afficiet!

¹certare (*wett*)*streiten* - ²bibliotheca *Bibliothek* - ³sordidus *schmutzig*

45Z Dumm gelaufen

Der Mönch Philipp von Ferrara, der im Auftrag seines Ordens viel herumkam und interessante Beobachtungen über die Verschiedenheit der Nationen machte, verfasste zu Beginn des 14. Jahrhunderts folgende Geschichte:

Quodam tempore duo Lombardi¹ forte una cum Teutonico² iter facientes dixerunt:

„Para, amice, nobis cenam bonam! Nam - Teutonicis semper bene viventibus - tu optime talia facere potes.“

Magna anguilla³ a Teutonico empta Lombardi diu consulebant, quemadmodum socium fallere possent - habere enim voluerunt partem optimam anguillae.

Igitur alter⁴ Lombardus sine pudore dixit: „Domine, caput anguillae edere⁵ nolo, quia nuper os⁶ eius paene me interfecit.“ Sine mora alter dixit: „Equidem caudam⁷ edere nolo, quia nuper edi caudam non bene paratam et subito in gravem morbum cecidi.“

Paulatim Teutonicus eos dolo se fallere velle intellexit: „Certe“, inquit, „nolo vos tanta pericula vitae subire. Ergo: Hic, qui non capit caudam, capiat caput et ille, qui non capit caput, accipiat caudam. Hinc ego, simplex⁸ et indignus Teutonicus, habebo reliquam partem anguillae.“

¹Lombardus *lombardisch, Lombarde (Norditaliener)* - ²Teutonicus *germanisch, Germane* - ³anguilla *Aal* - ⁴alter - alter *der eine - der andere* - ⁵edere (*Perf. edi*) *essen* - ⁶os, ossis *Knochen* - ⁷cauda *Schwanz* - ⁸simplex *einfach*

IX prima lesen: Zu Hause bei einem Streber

Petrus (P) will seinen Schulkameraden Iodocus (I) besuchen; ungeduldig klopft er an die Tür, damit ihm endlich der Diener Mida (M) öffnet ...

P: Heus¹, heus, serve! Cur nemo portam aperit?

M: (*aperit portam*) O Petre, quid affers?

P: Me ipsum.

M: Ergo rem haud magni pretii huc attulisti.

P: At magno constiti patri meo. - Adestne Iodocus?

M: Incertus sum, sed intus videbo.

P: Potius roga eum, velitne nunc adesse!

I: (*subito exiens*) Nolo. - Tibi autem adero.

P: Puto te vitam cochleae² agere.

I: Quare?

P: Quia numquam e domo tua prorepis³.

I: Foras ire nolo. Ibi mihi nihil est negotii.

P: At hodie caelum serenum⁴ est. Mecum foras veni!

Ego tibi locum ostendam, quem sedem Musarum⁵ putabis.

I: Magna promittis; at ego hic manebo.

P: Nimium libris studes. Nimio studio macresces⁶.

I: Studio macrescere malo⁷ quam amore.

P: At non vivimus, ut studeamus, sed studemus, ut iucunde vivamus.

¹heus *he* - ²cochlea *Schnecke* - ³prô-rêpere *hervorkriechen* - ⁴serênus, a, um *heiter* - ⁵Mûsae, ârum *die Musen* - ⁶macrêscere *mager werden* - ⁷mâlô *ich will lieber*

Mut zur Lücke?

Sylvius (S) trifft auf dem Schulweg Ioannes (I).

S: Cur adeo curris, Ioannes?

I: Quia, nisi adero in tempore, actum erit¹ de pelle² mea.

S: Ex hac quidem parte nihil est periculi. Specta horologium³!

I: Ego vix habeo fidem horologiis. Neque enim semper tempus recte indicant.

S: At mihi fidem habe!

I: Concedo. Sed est aliud, quare timeam. Hesternam⁴ lectionem⁵ e memoria dicere debemus. Timeo, ne id non possim.

S: Commune periculum narras. Nam et ipse hanc lectionem vix satis memoria teneo.

I: Et novisti praeceptorem⁶ saevum esse. Non magis parcit nostris natibus⁷, quam si corium esset bubulum⁸.

S: Iste autem non aderit in ludo.

I: Quem igitur vicarium⁹ constituit?

S: Cornelium.

I: Cornelium? Vae¹⁰ nostris natibus! Istum magis timeo quam praeceptorem ipsum. Cavere debemus. Videamus, ne cadamus in illius tyranni¹¹ manus!

S: Dicamus lectionem, altero¹² recitante, altero librum spectante.

I: Bene.

S: Hoc modo metum depones. Nam metus te a discendo prohibet.

I: Certe deponerem metum, nisi adesset periculum.

S: Hoc credo. Sed non agitur de capite, sed de parte diversa.

¹actum est dê *m. Abl. es ist geschehen um* - ²pellis, is *f Fell* - ³hôrologium *Uhr* - ⁴hesternus *gestrig, von gestern* - ⁵lêctiô, ônis *f Lektion* - ⁶praeceptor, ôris *Lehrer* - ⁷natês, ium *Pl. Gesäß, Hintern* - ⁸corium bûbulum *Rindshaut* - ⁹vicârius *Stellvertreter* - ¹⁰vae *wehe* - ¹¹tyrannus: *vgl. Fw.* - ¹²alter ... alter *der eine ... der andere (von zweien)*

46T Die Römer verstehen die Juden nicht

Während der Aufstand gegen die Römer für die Juden tragisch endet, wird in Rom gefeiert. Als sichtbares Zeichen des Sieges soll im Senat der Beschluss gefasst werden, einen Triumphbogen für den erfolgreichen Feldherrn Titus, einen Sohn des regierenden Kaisers Vespasian (Vespasiânus) zu errichten. Hierzu hält ein Redner im Senat die folgende Rede:

Oro vos, patres conscripti: Tito, filio divi Vespasiani, a senatu populoque Romano arcus¹ aedificetur! Quis enim credat umquam meliorem imperatorem fuisse illo homine? Nisi Titus exercitui nostro praefuisset, Iudaeos non vicissemus. Et quale bellum fuit - bellum adversus gentem populo Romano inimicissimam!

Quare autem isti nos oderunt? Haec quam brevissime vobis dicam: Causa est religio eorum. Nemo vestrum crediderit, qualis ista sit. Etiam mihi mira videtur² ista religio; tamen ne credideritis verba mea ficta esse!

Omnia sunt apud Iudaeos profana³, quae apud nos sacra, omnia apud istam gentem permissa, quae nobis prohibita⁴. Edunt⁵ alia ac nos, bibunt alia, vivunt aliter, temperant ab alienis hominibus, omnino latere volunt. Quod autem maius est: Iudaei in unum deum solum credunt, quem creatorem⁶ terrae et caeli vocant; inter eos constat huic deo nullam formam esse.

Quid plura addam? Utinam nunc recte iudicetis de religione eorum! Mihi quidem persuasum est: Bene fecit Titus, lumen imperii nostri, quod hanc gentem vicit. Itaque Titum magno honore afficiamus! Nam filius Vespasiani dignus est arcu maximo et pulcherrimo.

¹arcus, ūs *Triumphbogen* - ²videtur *er (sie, es) (er)scheint* - ³profānus, a, um *gewöhnlich* - ⁴prohibitus, a, um *verboten* - ⁵edere *essen* - ⁶creātor, ōris *Schöpfer*

46Z Der Gott Israels spricht

Ein besonders wichtiges Ereignis der jüdischen Geschichte ist der Auszug der Israeliten aus Ägypten unter Führung des Moses im 13. Jh. v. Chr.

Moses, quamquam erat homo ex gente Iudaeorum, multos annos in aedibus Pharaonis¹, regis Aegyptiorum², vixit. Cum autem intellexisset gentem suam ab Aegyptiis graviter vexari³ et Pharaonem esse regem crudelissimum, sibi ipsi dixit: „Utinam ne gens mea tam graviter vexaretur. Pharaon nostra miseria adeo delectatur, ut preces usui non sint. Itaque Iudaei ex Aegypto effugiant! Sed quo modo id faciant? Opus est homine magna virtute, qui Iudaeos regat. Quis autem dubitet hunc laborem esse difficilimum? Egone ipse hunc laborem subeam? Sed vis mea parva est. Utinam deus noster mihi signum det!“

Ut signum cernat, Moses in desertum⁴ it. Ibi videt fruticem⁵, qui igne captus est, sed flammis non consumitur. Subito audit vocem de caelo talia dicentem: „Ne timueris, Moses! Vidi inopiam populi mei, qui est in Aegypto, et gemitum audivi et de caelo descendi, ut Iudaeos liberarem. Nunc adsum et te in Aegyptum mitto. Tu sis princeps populi et educa Iudaeos ex Aegypto!“

¹Pharaō, Pharaōnis *Pharao* - ²Aegyptius *Ägypter* - ³vexāre *quälen* - ⁴dēsertum *Wüste* - ⁵frutex, icis *m Busch*

47T Gesprächsthema Christentum

Das folgende Gespräch zwischen dem Christen Minucius und seiner Bekannten Passua zeigt, wie sich in Karthago um 200 n. Chr. die Diskussion über die neue Religion abspielt haben könnte:

MINUCIUS: Salve, Passua.

PASSUA: Salve et tu, Minuci. Quo is?

MINUCIUS: Ad forum, ut libellum nuper compositum emam.

Audivi enim Tertullianum¹, hominem nostra in urbe natum², exegisse opus Latine conscriptum, quo fidem Christianorum adversus opiniones veteris religionis defendit. Usque ad hunc diem mihi non erat tempus huius libri legendi. Tune iam legisti hunc libellum?

PASSUA: Non legi, quoniam mihi quoque tempus deest ad legendum. Sed cur hunc librum legendum putas? Cur tantum studium? Num tu unus ex istis Christianis es?

MINUCIUS: Sane Christianus sum et libro Tertulliani legendo melius noscere volo, quo modo fides Christiana argumentis³ confirmari possit.

PASSUA: Adhuc pauca comperi de ista nova religione; conscia enim fidei Christianae non sum. Dic mihi, quaeso: Cur in deum Christianorum credis, cuius filius ab hominibus interfectus est? Cur fidem Christianam veteri nostrae religioni praefers? Mihi notum est Christianos neque aras neque simulacra habere ad deos colendos. Solum in unum deum credunt; quidam etiam dicunt eos liberis edendis⁴ se alere.

MINUCIUS: Aio id, quod ultimum dixisti, omnino falsum esse. Christianis etiam caedes animalium res nefaria est. Profecto simulacra non habent. Cur enim simulacra colant, cum hominem ipsum imaginem dei esse credant? Praedico deum nostrum, qui etiam peccantes diligit, non simulacris, sed operibus suis nosci.

¹Tertullianus *Tertullian* - ²nātus, a, um *geboren* - ³argumentum *Argument* - ⁴edere *verzehren*

47Z Auf der Suche nach dem heiligen Kreuz

Wegen der vorangegangenen, oft sehr grausamen Behandlung der Christen treten die Vertreter der siegreichen neuen Religion zunächst auch aggressiv gegen die anderen Religionen auf. Das zeigt unter anderem die Geschichte, in der erzählt wird, wie Helena, die Mutter des Kaisers Konstantin (Cōstantīnus), das heilige Kreuz in Jerusalem (Hierosolyma, Hierosolymōrum *n*) finden will. Berichtet wird sie vom Lehrer des Augustinus, dem Kirchenvater Ambrosius von Mailand:

Constantinus imperator Helenam, matrem suam, Hierosolyma misit ad reperiendam eam crucem¹, in qua Iesus Christus crucifixus erat². Helena cupiditate crucis reperiendae permota omnes sacerdotes Iudaeorum arcessivit, ut comperiret, quo loco

crux sacra esset. Sacerdotes autem se numquam hunc locum prodituros³ promiserant; nam hanc crucem potentiam religionis suae extincturam credebant. Cum sacerdotes convenissent et Helena quaesivisset, quo loco Iesus crucifixus esset, hunc locum ignotum esse dixerunt. Tum Helena breviter respondit: „Si tacetis, occidemini. In cruce reperienda omnia temptabo, etsi odium Iudaeorum subeam.“ His verbis perterriti Iudaei, principem eorum, oraverunt, ut Helenae locum ostenderet. Cum Iudas negaret, Helena ei dixit: „Si non pares, nihil iam cibi tibi afferetur.“ Primo Iudas parere noluit, denique fame⁴ coactus fecit, quod Helena imperaverat. Sed eo loco, quem Iudas ostendit, tres cruces repertae sunt.

Nunc Helena cruces singulas homini cuidam mortuo⁵ imposuit. Crucibus imponendis cognovit, quae esset crux vera. Nam haec erat tanta vi, ut illum hominem mortuum vivum reddere posset.

¹crux, crucis *f Kreuz* - ²crucifixus *gekreuzigt* - ³pròdere, pròdidì, pròditum *verraten* - ⁴famês, is *f Hunger* - ⁵mortuus *tot*

48T Christen auf dem Kaiserthron

Der große Kirchenlehrer Augustinus (354–430 n. Chr.) diskutiert mit seinem Schüler Orosius die Frage, welche Bedeutung das Christentum für das Glück der römischen Kaiser hat:

OROSIUS: Cur imperatores Christiani felices vocandi sunt?

AUGUSTINUS: Christiani imperatores non propterea¹ felices vocandi sunt, quod vel diu rexerunt vel hostes imperii vicerunt vel inimicos cives opprimere potuerunt. Namque omnes fere imperatores, qui daemones² colebant, haec commoda acceperunt.

Ut felices vocari possint, imperatoribus non modo iuste imperandum est, sed etiam humanitas³ diligenter servanda est. Imprimis autem iis deus noster colendus est - deus, qui omnibus hominibus et metuendus et amandus est maxime. Verbis eius nobis semper parendum est.

OROSIUS: Et cur deus noster Constantinum fecit primum imperatorem Christianum?

AUGUSTINUS: Ea ratione id fecit, ut Christiani viderent etiam imperatorem, qui daemones non coleret, regere posse totum orbem Romanum. Eadem de causa Constantinus triginta fere annos rexit, prospexit imperio universo sicut pater, reppulit quamvis multos hostes; non modo in gerendis bellis, sed etiam in opprimendis iniuriis Constantinus prorsus felix fuit. Sic anima eius post vitam longam placida et beata corpus reliquit, et filii Constantini a patre imperium optime institutum receperunt.

OROSIUS: Manifestum est imperatores felices his indiciis cognoscendos esse.

¹propterea *deswegen* - ²daemôn, onis *Dämon (heidnischer Gott)* - ³hûmânitâs: zu hûmânus

48Z Fluch über Nero

Unmittelbar nachdem Kaiser Konstantin im Jahr 313 n. Chr. die Ausübung des christlichen Kultes für das ganze römische Reich erlaubt hat, verfasst der Kirchenschriftsteller Laktanz eine harte Abrechnung mit den Kaisern, die die Christen verfolgt haben. Er beschreibt, wie diese Kaiser auf z. T. schreckliche Weise zu Tode kamen. Als erster Christenverfolger wird Nero (Nerô, Nerônis) erwähnt:

Nerone imperatore Petrus Romam venit. Hic miraculis¹ efficiendis multos homines ad fidem Christianam convertit.

Nero autem, cum comperiret non modo Romae, sed multis in oppidis numerum Christianorum crescere, hanc fidem extinguendam esse censuit; itaque Petrus crucifixus², Paulus gladio interfectus est.

Postremo deus noster, cum inopiam populi sui videret, Neronem poena gravi afficiendum esse censuit: Hostibus saevis eum dedit ad necandum et effecit, ut iste homo feros nullo loco terrarum videri posset; nam omnis memoria huius bestiae crudelis tollenda erat.

¹mîrâculum *Wunder* - ²crucifigere *kreuzigen*

49T Erlösung durch Isis

In einem berühmten antiken Roman mit dem Titel „Der Goldene Esel“ werden die Erlebnisse eines Mannes namens Lucius erzählt, der über die Macht der Isis gespottet hat und zur Strafe in einen Esel verwandelt worden ist. Als es ihm nach vielen Abenteuern gelingt, seine menschliche Gestalt wieder zu erlangen, lässt sich Lucius voller Dankbarkeit in den Kult der Göttin einweihen.

Tum Lucius decrevit sibi ad templum Isidis manendum esse. Dum ibi moratur, aedem magna cum voluptate intrabat, ut simulacrum deae miraretur. Sed post decem dies dea eum hortata est, ut in patriam rediret.

Priusquam abiit, templum iterum intravit; cum deam praesentem esse sentiret, ante simulacrum eius sic locutus est:

„Tu, sacra et perpetua sospitatrix¹ humani generis, dulcem amorem matris das multis milibus hominum. Te etiam superi colunt, tibi parent inferi, tu moves orbem, tu regis terram et Tartarum², tibi serviunt animalia. Tua potestate omnia fiunt salva, in manibus tuis posita est tota vita humana; te duce nascimur, vivimus, morimur.

At ego vereor, ne verbis utar, quae tua potentia non sint digna. Itaque nunc tacebo. Sed memoriam numinis tui intra pectus meum semper servabo; numquam mysteria³ in lucem proferam. Tuere me in futurum⁴, ut iam prius me tuebaris.“

His verbis dictis etiam Mithrae⁵, custodi templi, gratias egit; tunc e templo egressus est. Proximo die navem conduxit, ut in Italiam proficisceretur.

¹sôspitâtrîx, îcis *f Helferin* - ²Tartarus *Unterwelt, Hölle* - ³mystêrium *Geheimnis* - ⁴in futûrum *in Zukunft* - ⁵Mithrâs, Mithrae *Mithras*

49Z Asklepios heilt auch die Augen

Wie intensiv die Hingabe an einen Gott bei einem Menschen sein kann, zeigt die Erzählung von Aelius, der im Heiligtum des griechischen Heilgottes Asklepios (lat. Aesculâpius) in Epidauros von einer schmerzhaften Augenentzündung geheilt werden will. Zu diesem Zweck haben die Priester ihn aufgefordert, im Tempel des Gottes zu schlafen und darauf zu achten, was er träumen werde. Was daraufhin mit ihm geschah, berichtet Aelius im folgenden Text:

Cum prope aditum aedis iacerem, vidi haec: Inter multos homines sto. Qui deum obsecrant, ut ad eos veniat. Totum vulgus magnis vocibus Aesculapium appellat summum deum, dominum omnium hominum. Etiam me hortantur, ut deum vocem. Quod facio. Cum autem Aesculapium adesse sentiam, eum oculis meis videre cupio. Mente turbata diu exspecto. Haud scio, utrum dormiam¹ an vigilem²; sudo³, lacrimae cadunt ex oculis; vereor, ne moriar. Tum experrectus sum⁴.
Statim sacerdotem Aesculapii vocavi, ut cum eo de rebus a me visis loquerer. Qui dixit etiam proxima nocte mihi in templo iacendum esse, cum finem somnii⁵ nondum vidissem. Ergo iterum in templum Aesculapii ii. Nunc autem nihil in somno vidi, sed vocem audivi, quae dixit haec: „Tu fidem tuam in Aesculapium demonstravisti et supplex potestatem eius veritus es; itaque te morbo liberabo.“ Paulo post dolor iam minor erat, tandem salvis oculis e templo egressus sum.

¹dormîre *schlafen* - ²vigilâre *wach sein* - ³sûdâre *schwitzen* - ⁴expergîscî, experrêctus sum *aufwachen* - ⁵somnium *Traum*

50T Neue Herausforderungen für die Christen

Im Abendland wird der Verlust Nordafrikas und Spaniens an die Muslime (damals als Sarazenen bezeichnet) heftig beklagt. Vor allem in Predigten geht es nicht selten darum, dass diese Gebiete nicht mehr christlich sind, und es wird nach Erklärungen gesucht. Auch über Rückeroberungen denkt man nach. Die folgende Rede eines christlichen Bischofs zeigt solche Gedanken:

Audite, fratres in Christo: Saeculo nostro deus iste Saracenorum verendus est multis hominibus, qui prius in deum nostrum, deum unum et verum, crediderunt. Nam Saraceni non modo gentes nationesque Africae, sed etiam Hispaniae vicerunt. Ergo, fratres, nobis querendum est! Simul quaerendum est, cur deus noster id permiserit. Est - ut opinor - nostra culpa, nostra maxima culpa. Nos enim

Christiani - verba dei nostri non iam verentes - nimium peccabamus. Qua de causa deus noster, iudex magnus, - utens Saracenis - in nos vindicat; qua de causa iure optimo sivit Saracenos etiam his terris imperare, in quibus fides catholica¹ orta est. Hostes crucis² gladio depopulati sunt³ terram nobis ac patribus nostris carissimam - terram quidem, quae fuit patria iis, qui nos docuerunt fidem nostram. Nunc possident Saraceni etiam eam civitatem, in qua Augustinus noster natus est!

At ego - veritus, ne fides nostra in Africa exstinguatur - numquam hoc patiar; et moneo, ne vos quoque hoc patiamini. Me sequimini! In Africam progredientes Saracenos aggrediamur! Et haec vobis propono, immo polliceor: Saracenis e finibus Europae Africaeque pulsis non modo magnam praedam facietis, sed etiam vitam aeternam consequemini. Proinde ne cessaveritis Saracenis resistere; ne eis cesseritis! Coniungite vires vestras et iuvate eos homines infelices, quibus vivendum est sub imperio Saracenorum.

¹fidēs catholica *katholischer Glaube* - ²crux, crucis f *Kreuz* - ³dēpopulârî *verwüsten*

50Z Der Weg zum vereinten Europa

Nachdem im 5. und 6. Jahrhundert n. Chr. die Einheit des römischen Reichs zerfallen ist, verwandelt sich Rom von einer politischen in eine geistige Macht: Der Traum von einer gemeinsamen europäischen Kultur auf den Grundlagen der römischen Zivilisation entsteht, ein Traum, der vielleicht in unserer Zeit Wirklichkeit werden könnte. Schon in der Zeit, als das römische Reich sich aufzulösen beginnt, werden diese Werte, z.B. vom Dichter Claudian (5. Jh. n. Chr.), beschworen:

Roma est urbs, quae in gremio¹ suo etiam victos populos recepit, quae in gentibus regendis pacem universam peperit, quae humanum genus omni modo iuvat. Roma peperit linguam, qua toto imperio grati utimur et quae maxime idonea est ad rationem humanam intellegendam. Si apud Rhodanum² vivimus, apud Rhenum, apud Hiberum³, apud Tiberim: Cuncti gens una sumus imperium Romae cum laetitia patientes. Alia regna perierunt, sed imperium Romanum non peribit, dum homines - iure Romano utentes - humanitati⁴ studebunt.

Quod autem maxime mirandum est: Roma tam ingens imperium tenens tamen ita homines regit, ut liberi esse possint. Non eo modo, quo servi parent domino, populi Romae parent, et Roma est custos et praesidium humani generis. Omnes, qui vivunt in imperio, sunt cives Romani, et omnibus hominibus est eadem libertas, quae erat inter cives Romanos.

¹gremium *Schoß* - ²Rhodanus *die Rhône (Fluss in Frankreich)* - ³Hibêrus *der Ebro (Fluss in Spanien)* - ⁴hûmânitâs: *zu hûmânus*

X prima lesen: Das Salomonische Urteil

In unserem Sprachgebrauch nennt man einen besonders klugen und gerechten Richterspruch oft ein „Salomonisches Urteil“. Das geht auf eine im Alten Testament überlieferte Begebenheit zurück. Salomon, der König von Israel (961-931 v. Chr.), ist als Richter in einer schwierigen Angelegenheit gefordert:

Quondam duae mulieres ad regem venerunt, quarum altera¹ dixit: „Audi, domine: Ego et ista mulier habitabamus in eadem domo. Ego peperii filium apud istam in cubiculo². Tertio autem die, postquam ego peperii, peperit filium et ista; nullus alius in domo erat. Multa autem nocte filius istius mulieris mortuus est; quiescens enim oppressit³ eum. Et sumpsit filium meum et posuit in lecto suo; suum autem filium, qui erat mortuus, posuit in lecto meo. Cum surrexissem, manifestum erat puerum esse mortuum; quem diligenter spectans clara luce cognovi illum non esse meum, quem peperii.“

Altera autem mulier totam rem negans contendit: „Quod ista dixit, verum non est; filius enim meus vivit, et filius eius mortuus est.“ Iussit ergo rex servos suos: „Afferte mihi gladium!“ Cumque gladius allatus esset: „Dividite⁴“, inquit, „puerum vivum in duas partes et date alteram partem huic et alteram partem illi!“

Mulier autem, cuius filius adhuc vixit, commota ad regem dixit: „Obsecro, domine, ut detis illi puerum vivum. Ne interfeceritis eum!“

Illa autem dicebat: „Nec mihi nec tibi sit, sed dividatur!“

Respondit rex: „Date huic puerum vivum; haec est enim vera mater eius!“

Et omnes, qui aderant, timuerunt regem videntes sapientiam⁵ Dei esse in eo.

¹alter, a, um *der eine (von zweien), der andere (von zweien)* - ²cubiculum (*Schlaf-)Zimmer* - ³opprimere *hier: erdrücken* - ⁴dividere, dividō *trennen, teilen* - ⁵sapientia *Weiheit*

Der barmherzige Samariter

Das Gleichnis vom barmherzigen Samariter steht im Lukas-Evangelium: Ein jüdischer Rechtsgelehrter will Jesus auf die Probe stellen und fragt, was er tun müsse, um das ewige Leben zu erlangen. Jesus verweist auf ein Schriftwort:

„Dilige Dominum Deum tuum et proximum tuum sicut te ipsum!“
Ille autem dixit ad Iesum: „Et quis est meus proximus?“
Iesus respondit: „Homo quidam descendit ab Ierusalem¹ in urbem Iericho² et latronibus³ occurrit, qui ei omnia bona rapuerunt; homine laeso et semivivo⁴ relicto abierunt.“

Accidit autem, ut sacerdos quidam descenderet eadem via, et viso illo praeteriit. Et Levita⁵ cum videret eum, praeteriit. Samaritanus⁶ autem quidam iter faciens eo venit et videns eum misericordia⁷ motus est. Homini laeso auxilium praebuit et imponens illum in iumentum⁸ suum duxit in stabulum⁹ et eum curavit. Et proximo die protulit duos denarios¹⁰ et dedit stabulario¹¹ et ait: „Illum cura, et quodcumque erit necessarium, rediens reddam tibi.“

Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui latronibus occurrit?“

At ille dixit: „Qui fecit misericordiam in illum.“

Iesus ait: „Et tu fac eodem modo!“

¹Ierûsalêm *indekl. Jerusalem* - ²Ierichô *indekl. Jericho* - ³Iatrô, ônis *Räuber* - ⁴sêmi-vîvus, a, um *halbtot* - ⁵Lêvîta *Levit (Mitglied eines israelitischen Stammes, der den Tempeldienst verrichten durfte)* - ⁶Samarîtânus *Samariter (Mitglied eines Mischvolkes aus Israeliten und Einwanderern, das vom Tempeldienst ausgeschlossen war)* - ⁷misericordia *Mitleid, Barmherzigkeit* - ⁸iumentum *Lasttier* - ⁹stabulum *Stall, Herberge* - ¹⁰dênârius *Denar* - ¹¹stabulârius *Wirt*